etas parū per se roboris habet ⁊ cuiꝰ animus a natura ꝓcliuis est in libidinē. Vix
grandeui homines resistere tot blādicijs potuerint ne dicā adolescētes. Sꝫ aiūt
aliqui. Consiliū habebit princeps: maiores natu astabūt: q̄d sit agenduꝫ. Primo
res patrie censebūt: scitū ē: sed oēs qui principē coronant facere illū amicū studēt
⁊ nō que sunt apta sed que iocūda putāt in cōsilio dicunt. ⁊ nitit̄ ꝑ se quisqꝫ vt ca-
rior sit. nec est qui libera ꝓferat animi verba. Et ꝙ̄uis pars bene consulat: liberū
est adolescenti quos vult sequi. Et q̄r inexpertus est: parūqꝫ pensi habet: non q̄d
expedit sed q̄d libet plerūqꝫ amplectit̄. Et quippe quēadmodum mea fert opinio
Aut maturū esse principē oportet ⁊ suo cōsilio fretū. Aut adeo rudē vt in modū
trunci nihil ꝑ se disponat. ſ q̄d maior ꝑs suadet executioni mandet̄. Nā qui ali-
quid scit minus tū ꝙ̄ satis est: periculosus est reipublice ⁊ imperia sepe subuertit.
cū non ad rōnem sed ad libidinē regat. Hinc est quod in libris regū puellum octo
annoꝝ bene rexisse cōperimus siue is septē annoꝝ fuit ioas filius ochozie. Non
eīm is rexit: sed eius satrape regnū administrarūt. Est aūt principatus irritamētū
q̄dā vicioꝝ: ⁊ admodū pauci reperiunt̄ q̄ nō aberrent. Cū frenis oībus sunt so-
luti a saul vsqꝫ ad sedechiā nouē ⁊ triginta reges in iuda ⁊ isrl̄ fuerūt. inter quos
solū octo boni cōnumerant̄. reliq̄ v̄o ignari: impiti: indocti: impotētes: auari: su-
perbi: iracūdi crudeles: libidinosi: adulatoꝝ ⁊ stulticie serui. q̄ ambitione nescio
q̄ effrenata tāqꝫ ad pestē mortaliū nati idolis seruiētes. bellis semꝑ indulserunt:
pacis atqꝫ ocij hostes fuerūt. Et hi tū i populo dei regnabāt: ⁊ hoꝝ pleriqꝫ ꝑ ser-
uos dn̄i ꝓphetas fuerūt vncti. Nec salomon ꝙ̄uis sciam ⁊ sapiam a deo fuisset as
secutꝰ ꝑseuerare potuit. ſ adamauit mulieres alienigenas. ⁊ his copulatꝰ est ardē
tissimo amore. Fuerūtqꝫ ei vxores quasi regine septuaginte ⁊ cōcubine trecēte: ⁊

auerterunt mulieres cor eius vt sequeret deos alienos. Nec dauid q̃uis esset ele
ctus a deo vicijs caruit. siquidẽ ꝛ homicidiũ simul ꝛ adulteriũ ꝑpetrauit: qđ nõ fe
cisset dum pastor erat: ſ eũ licentia regni ꝓuocauit. Quid alius faciat cui min⁹ sit
roboris: quid iuuenis quid adolescens. an est aliquis q̃ annis teneris dñium cen-
seat cõmittendũ: cũ sepe robustior etas sub illo deficiat. Prudenter tu quidẽ qui
patrueli ꝛ sanguini tuo poti⁹ q̃ alijs credidisti: nec dñatum pri⁹ suscipere q̃ peri-
tiã voluisti. Alius fortasse aliter fecisset qui opinione inflatus sui: q̃d ad me dixis-
set obediẽtia ista: ego iã liber esse volo: iã scio bonũ ꝛ malũ: q̃d meli⁹ est q̃ imparare
dicaz illi fac ꝛ faciet. Jã vt euolẽ temp⁹ est. Sic dedali fili⁹ vt est in fabulis. Nãq̃
cũ pater alarũ remigiũ sibi ꝛ filio cera ꝛ pice coaptasset vt laborinthi carcerẽ fuge
ret: liquidũ petijt aerem ꝛ sequere me inquit icare: nec a me quoq̃ recedas. Pa-
ruit ille tamdiu quoad timor artis mãsit ignote: vbi vo iam se volãdi scium puta-
uit. nec se ampli⁹ rectore credidit indigere: iussuz patris egressus: ꝑcussis ampli⁹
alis vagari cepit: ꝛ modo huc modo illuc discurrẽs: ac cõtinuo altius euolãs: re-
gionẽ igniferã attigit vbi dissolutis alarũ compaginib⁹ ꝛ omni pẽna solis ardore
perusta ruinã fecit ꝛ nudus in mari cecidit: quod adhuc eius ex noĩe vocat̃ icariũ
Prosequor iteꝝ fabulas. Pheton fili⁹ phebi patrẽ rogauit sibi vt quã peteret rẽ
ꝯcederet. Jurauit per stigem pater nihil se negaturũ. Filius currũ solis sibi regẽ
dũ cõmitti postulauit: penituit phebum ꝓmissi: scientẽ tanti regiminis impotẽtẽ
natũ: sed q2 iurarat negare nõ potuit. (Quis cicero in officijs hoc iuramentum
potius rescindendũ putasset) Ascẽdit currũ pheton. gloriabundusq̃ lora recepit
tũq̃ ꝛ se regem ꝛ deo similẽ arbitratus est: vbi vo ad mediũ celi est ventũ cũ solis
equos inhibere nõ posset: illiq̃ vagarent̃ ꝛ mundũ omnẽ ignibus conflagrarent
iouis fulmĩe ictus est ꝛ in heridanũ ꝓcipitatus. Hisce figmentis admonẽt queli-
bet poete: vt anteq̃ presit ꝛ dominet̃: vires suas regide menciat̃ ne sub pondere
ruat. q̃m onus est nõ voluptas alijs imperare. Si mõ id volum⁹ cũ rõne efficere
ꝛ eũ finẽ regere ꝓpter quem reges sunt instituti. Leges romane que ab atheniensi
bus ꝛ spartanis quas tradiderũt liburgijs ꝛ solon sũt orte pueros vsq̃ in annũ
quartũdecimũ sub tutela esse voluerũt. Post hãc etatẽ in annũ. xxiiij. curatores
adolescentibus dabãt. Nã ante hoc euũ infirmã censebãt etatẽ. Eã ob cãm cuz
duo scipiones a carthaginẽsib⁹ in hispania fuerũt occisi: ꝛ hanibal armis italiam
ꝓmeret: iterũ secũ exercitũ in hispaniã patrẽ et patruũ vlturuz. Scipio affrican⁹
maior repromittẽs diu ꝑ senatũ reiectus est q quartũ ꝛ vigesimũ dũtaxat annũ
esset natus. Tandẽ cum esset alius nemo qui se diceret ꝓfecturũ ꝓuinciã: neces
sitate magisq̃ volũtate senatus obtinuit. Carthaginẽses eoꝝ impatore defuncto
amiltare imperiũ filio qui iuuenis erat cõmittere recusarunt. Nec hanibal prius
dux penoꝝ creatus est q̃ anno eẽt occisus q̃ patri successerat. Rex numidie massi
nissa filios suos moriẽs q2 iuuenes erant romano ꝓplo et ꝓseram cornelie familie
cõmendauit. Quid tibi gentiliũ gesta cõmemoro. Prohibẽt sacri canones ante
xxiiij. annũ fieri queq̃ ꝓsbyterũ aut põtificẽ añ trigesimũ. Referam⁹ aliq̃d ex ve-
teri testamẽto. Nã et ibi q̃z ꝯsilia iuuenũ ad regimẽ patrie imatura vident̃. Mor
tuo salomone qui sup duodecim trib⁹ regnabat: venit fili⁹ eius roboam in sichem
vbi cõgregatus erat omnis israhel ad cõstituendũ eũ regẽ. Et dixit multitudo pa
ter tuus durissimũ iugũ imposuit nobis. Tu itaq̃ nunc iminue paululũ de impe
rio patris tui et de iugo durissimo et seruiem⁹ tibi. Qui ait ite ad tercium diem ꝛ
reuertimini ad me. Cũq̃ abijsset popul⁹ inijt cõsiliũ rex cũ seniorib⁹ qui respõde-
runt. Si obedieris hodie populo huic: et petitioni eoꝝ cesseris: locutusq̃ fueris
ad eos leuia erũt tibi serui cũct s dieb⁹. At ille reliquit ꝯsiliũ senũ ꝛ adhibuit ado
lescẽtes qui nutriti fuerũt cũ eo: qui dixerũt ei. Sic loqueris populo huic minim⁹
digitus me⁹ grossior ẽ dorso patris mei: ꝛ nũc pater me⁹ posuit sup vos iugũ: ego
aũt addã sup iugũ vestrũ: pat̃ me⁹ cecidit vos flagellis: ego aũt cedã vos scorpio
nib⁹. Fecitq̃ sicet irritato populo recesserũt ab eo decẽ trib⁹: q̃ ꝯstituert̃ sibi regẽ

Ieroboā filiū nabath. Scissusq̃ ē israhel ī ꝑpetuū: qr ineptus rex cōsilia iuuenū
recepit. Melius fuerat illū iuuenē infantē fuisse. Nā tūc ochozias fili⁹ ioram duos
⁊ viginti natus annos regnū accepit in israhel ⁊ afflixit populū dn̄i ⁊ fecit qđ ma
lū erat corā deo. Nec aliter se habuit achaz fili⁹ ioathan q̄ viginti annoꝝ erat cū
regnare cepit in iuda. Nemo peior q̄ꝫ manasses int̄ reges fuit qui .xij. etatis anno
suscepit imperiū. Similis ei filius amon fuit qui regnū .xxij. etatis anno inchoa-
uit ⁊ a seruis suis ꝓpter scelera quib⁹ implicatus erat occisus fuit. Quid ioachim
referā ⁊ duos ioachim patrē ⁊ filiū. aut sedechiā nomine qui perdita ierosolyma
captus a caldeis prius an̄ se natos suos occidi vidit: postea ꝓuat⁹ est oculis. Hi oēs
infra .iij. ⁊ .xx. annū regnare ceperūt: ⁊ qm̄ inexpti erāt. malū corā deo gerētes: ⁊ se
⁊ suos populos pessundarūt. Quoꝝ stulticie cōtraria est adolescentia tua. que lꝫ
quātū in hac etate pōt esse multū prudētie sortita sit. spemq̃ꝫ maximā de sua sapi
entia ꝓbeat: nō tn̄ prius ad regendā ꝓuinciā mitti voluit q̄ꝫ ⁊ robur etatis ⁊ rerū
assequeref experientiā. Sciebas nāq̃ꝫ tuapte ingenio qm̄ nō recturus sed regen-
dus ires. quod sub patruele tuo cesare nr̄o sapiētissimo potius q̄ꝫ sub alijs tolera
re voluisti: vt interim dum etas crescit regiā maiestatē secutus intersis cōsilijs: iu
dicia noscas: res arduas videas: viros sapiētes audias: dietim fias rerū experien
tia doctior. At cū his seruandū est quod supra dixi vt temporis aliquod spacium
cōcedas lr̄is: que reliquas virtutes tuas condiant ⁊ illustrent: quibus si fueris vt
te spero futurū rite imbut⁹: cū ad regendū venies nō par alijs sed oīm principum
eris speculū: teq̃ꝫ vicini oēs suarū litiū moderatorē ⁊ arbitrū facient. Et quēad-
modū ad visendā sapientiā salomonis regina saba ⁊ alij orientales cōcurrerunt
sic te totus occidēs venerabit̄ ⁊ septentrio: ⁊ ad famā tue prudentie infiniti visu
ri te venient. Eris enim quasi iosias ali⁹ filius amon. populū tuū recte gubernās
nec ad dexterā neq̃ꝫ ad sinistrā declinans. Age igit̄ princeps optime ⁊ adolescēs
clarissime dum tempus habes incumbe lr̄is: edisce sapientiam ⁊ studio te prebe
Nec sit tibi cure si res alique in athesi sunt innouate: illas eīn patruelis tu⁹ cōpo
net ⁊ pro sua eximia tum sapientia tū bonitate pacabit: teq̃ꝫ cum tempus aderit
⁊ dominio ⁊ virtutib⁹ actū remittet in patriā. Interea regimen recte illi cōmissuꝫ
est: quia indiget athesis regio fauore ꝓpter finitimos plures qui tuis inhiant ter-
ris ⁊ apertis faucibus expectāt quō tuū possint patrimoniū deuorare. nec aliud
verent̄ q̄ nomen regium imperialēq̃ꝫ dignitatē. Et licet nōnulli aliqua impsen-
tiarū temptent: melius tn̄ regio q̄ꝫ ducali nomine compescentur: qui si tu regeres
adolescentiā contemnentes tuā acerbius affligerent terrā. Sed mitto hec quia
tu te scisti quid esset agendum ⁊ te regi cōmendasti. Meū est te hortari vt lr̄aruꝫ
quanta sit vtilitas quantusq̃ꝫ fructus nosceris. Non nihil horarū studio tribuas
quod iam tibi satis arbitror persuasum. Non eloquentia mea que nulla est sꝫ bo
nitate tua qui ab ipsa natura sitire videris amorē scientie. Sed facio iam finem.
quia rumor vociferatio ⁊ strepitus in quo sum non fert vt plura dicā. Uenio eīn
inter clamores qui rumperent somnū druso vitulisq̃ꝫ marinis. Unicū est toti cā-
cellarie receptaculū. Complures sumus vnis in edibus cōmensantes ⁊ combibē-
tes. Nec formice tam presse in suis antris q̄ nos vna in auleola degim⁹. Apes di
stincte cellulis ī aluearib⁹ delitescūt: nos vno in cōclaui velut oues in septis alter
alterū premimus. nec spuere quisq̃ꝫ pōt nisi alterius cōmaculet vestē. Tantumq̃ꝫ
inter nos seruamus silentiū vt picas in nemoribus vel cornices aut in paludib⁹
ranas audire censeas te. Miror mei qui tantū exprimere tibi potuerim. Sꝫ hoc
forsitan nimis est tibi. qui iam lr̄as quasi iugum aliqđ abiecisti ⁊ nūc magis vocā
dus es ad studium q̄ꝫ trahendus. Illud mihi molestum est q̄ ad te scribens inter
vexationes plurimas perpolire non potui quod te legere speraui. At tu veniam
dabis ⁊ loco ⁊ ingeniolo meo. quod tam hebes est vt nedum in tumultu sed vix ī
quiete ornare queat quod scribit. Uale iam tandem ⁊ me quātum cesar ꝑmittit
tuū habeto. Ex gretz.

Neas silui⁹ poeta nicolao wartenburgēsi. S.p.d. Querebaris mecū no-
cte pterita ꝙ amori operā dares: ne delibutū ac vincitū aīm soluere posses
Dixisti te nec virginē nec nuptā nec viduā amare: sed mulierē quāuis pul-
chrā meretricē tñ qbuslibet viris pcij cā sese substernētē. Id tibi molestū esse aie
bas libenterqꝫ amorē hūc velle te postergare: sꝫ viā modūqꝫ nescire quo fieri liber ⁊
amore vacu⁹ posses. Nā ⁊si plures sacerdotes ꝯsulueris. neminē tñ remedia q̄ ti
bi viderent efficatia ptulisse dicebas. Rogasti igit me magnisqꝫ pcib⁹ efflagitasti
egritudini tue vt aliquā efferrē medelā ac iter ostēderē tibi quo posses ardentis
amoris flāmas effugere. Parebo desiderio tuo. Salubria pbebo tibi remedia si
ea amplecti volueris. Nec verebor medici culpā mihi ascribi: si tu obediētis egro
ti ꝑsonā suscepis: quāuis arbitror q̄s cōsuluisti sacerdotes satis tibi fecisse si pcepta
tenuisses que illi dederūt. Sed tibi visa fuerūt fortasse grauia. Nā cū dicerent fu
ge illā: nihil sibi loquaris: nihil de illa audias: durū verbū visuꝫ est. Ac febricitās
quoqꝫ inuitus audit frigida pocula sibi negari. Si tñ sanari vult qđ medicus mā
dat diligenter obseruabit. Tu ꝫ mi nicolae si vis amorē euadere liberqꝫ fieri: pre
para te vt que precipiā facias. Noscito egrotū te fore maximaqꝫ infirmitate de-
tentū: ⁊ ꝓpter sanitatē dura ⁊ aspera esse plura subeunda. Nēpe egrotus est mi ni
colae omnis eni qui amat. Ac ne dum egrotus sed seruitute etiā captus atqꝫ in-
sanus ⁊ amens. De amore inquā illicito. Nā deū colere ⁊ amare parentes vxorē
⁊ liberos virtutis est nō vicij: sanitatisqꝫ nō egritudinis. Ac tu amorē illicitū seq-
ris. Quid tu esse amorē illicitū de quo iam loqmur credis. Veteres putarūt illum
ex venere vulcanoqꝫ natū puerū cecū alatū sagittā in manibus habentē. quibus
viros ac mulieres feriens ardorē dilectionis infunderet. Apud virgiliū legimus
Nunc scio quid sit amor duris in cantibus illum ismarus aut rodope aut extremi
garamantes nec generis nostri puerū: nec sanguinis edunt. Sed error hic morta
lis populis fuit: qui veritatē attingere non potuit amor. vt in tragedijs inquit se-
neca. Nihil aliud est nisi vis quedā magna mētis: blandusqꝫ animi calor iuuenta
gignit luxu ocio ⁊ inter leta fortune bona nutrit. Hic mentē hominis eripit: iudi
cium omne peruertit: sensum ebetat: animū extinguit. Nāqꝫ cuꝫ mulierē diligis
nō in te sed in illa viuis. Quid igit peius est quā viuentē non vincere quā sensum ha
bentē non sentire: quā oculis preditū nō videre. Equidē qui amat in alium mutat
virū: nec loquit nec facit que ante solebat. Hinc pmeno apud therentiū. Dij bo-
ni quid hoc morbi est adeon homines mutarier ex amore nō cognoscas eundem
esse. Putat comicus morbū eē amorē: nec male putat: nam ⁊ apud macrobium:
luxuriā que vel mater amoris est: vel filia teterrimi morbi parteꝫ ypocras esse di
cit. Hic morbus plerūqꝫ iuuenes aggredit: sed viros quoqꝫ senesqꝫ vexat. tātoqꝫ
periculosior ⁊ risu dignior est: quanto ꝑsona que capta est etate aut scientia cen-
set prestātior. Cuꝫ ergo ꝓpolite captus sis amoriqꝫ seruias: scias te morbosuꝫ eē.
Si morbosus es liberari stude. Nam quis morbū patit qui curari non velit. Sa
ne vt morbus grauior est acerbior periculosior eo morbosi maior ē de sanitate cu
ra. Tua infirmitas magna est: sit ⁊ cure diligentia magna. Cogita mi nicolae quo
in statu es. Tu nihil te extimas: quicquid tibi eueniat leue est. Solū super amicā
anxius est. Non parentes nō necessarios non benefactores magnifacis. Solus
tuus animus in amica est. Illam amas illam promoues illam somnias de illa co
gitas de illa loqueris de illa suspiras: nihil agis quin memoriam eius habeas. En
stulticiā amentiā morbūqꝫ teterrimū. An non est petenda cura. Quis non hoc
morbo sanari velit. Ceterum ad salutē tuā hec sunt necessaria nicolae que si fece
ris sanus eris si neglexeris sepelieris in morbo tuo: nec te quisqꝫ iuuari poterit.
Cogita primū ꝙ remote a preceptis dei recessisti. qui cū debeas deum ex toto cor-
de diligere creaturā amasti: ⁊ in ea omnē tuam delectationem ⁊ oblectationē po-

fuisti: sic em̄ fact⁹ es idoloꝝ cultor. Nā q̄ creaturā deo ꝑponit idolatra est. Nega
bis te idolatrā eē q̄ nō ꝑponas creatori creatū. At si verū fateri vis plus tuam
amicā diligis quā deū. Nā q̄ de⁹ mādat negligis: postergas: contēnis. Que vult
amica sūma cū diligentia curas adimplere. ⁊ h̄ nēpe est ꝑferre mulierē deo. Heu
q̄ʒ magnū ē maiū q̄ʒ ꝑiculosum q̄ʒ detestabile creaturā sic amare vt deū postfacias.
De⁹ cū esses nihil te aliquid eē fecit vt posses scire diuina sacra ⁊ viā qua itur in ce
lū. Ipse q̄ʒ deus cū ob culpā primi parētis tu ⁊ ceteri hoīes paradisuʒ amiseritis
nasci ꝓ te voluit fieri hō: capi: cedi: vituperari: crucifigi: mori: ac suo te p̄cioso redi
mere sanguine. En q̄ʒ magna ingratitudo est iniq̄tas: inhumanitas: feritas: hunc
q̄ tāta ꝓ te fecerit ꝓpter vilē relinq̄re mulierculā. H̄ satis te ceterosq̄ʒ xp̄ianos mo
uere dʒ ab amorib⁹ illicitꝭ deo soli seruire. Sʒ cogita vlteri⁹ q̄d agis nicolae. Pul
cra tibi videt̄ amica tua: credis ne sic sp̄ pulcra erit. Res ē forma fugax vt inquit
tragedi⁹: mulier q̄ hodie formosa est cras deformis erit. Quid tua bona ꝑpetua ⁊
īmutabilia ꝓ caducis mutabilibusq̄ʒ ꝑmutas. Sit vt putas spectabili forma mu
lier: leue h̄ bonū est. Nihil forma mulieris ē nisi morib⁹ adiuta. Castitas ē que fe
minā laudat nō forma. Tu nō castitatē seq̄ris: formā solū amas. Forma hec vti
vt flos agri decidit. Rosa mane rubet: sero lāguescit. Nihil formosi⁹ ē v̄tute atq̄ʒ
honestate: si hāc intuereris multo tibi formosior videret̄ q̄ʒ tua sit amica. Etenī nec
lucifer nec hesper⁹ tā decor⁹ ē q̄ʒ ipsa facies honestatꝭ: quā q̄ relinq̄t ꝓpter muliereʒ
extima oro q̄ʒ sit delir⁹ ⁊ amēs. Ceteꝝ nicolae vt tecū n̄ mult̄ vtar. Hec quā amas
mulier nō tua sola ē: ſ cōplures eā habēt. Nec ipsa te solū amat: ſ alios q̄ʒ diligit
Quid tu in turba vis facere. Cogita te iam eē in vespo iā senē iā meriti ꝓ primum
Vis ne cū iuuenib⁹ ꝯtēdere: vis cū robustis pugnare. Quid tibi in eo ꝓlio queris
in quo victor succūbes. Magna res ē virū senē a iuuenib⁹ extorq̄re mulierē. Sis
tn̄ potēs vt extorqueas q̄d vicisti cū ꝓliū hm̄oi sit vt vincēs succūbat. Quid ē oro
mulier: nisi iuuētutis expilatrix viroꝝ rapina. senū mors patrimonij deuoratrix
honoris ꝑnicies: pabulū diaboli. ianua mortis. inferni supplementū. Cogita nico
lae quot mala ꝑ mulierē obuenerit: cū salomō: cū holofernes: cū sampson ꝑ mu
liere decepti fuerint. Nō te credas sic fortē esse vt nō illudaris. Sed quāto viris
illis debilior es: incautior: imprudētior: tanto te ab eo loco semoue in quo potes
decipi. Nihil est mulieris amor q̄ cū peccato sit. Nō est in muliere stabilitas q̄ nūc
te amat cras aliū amabit. Quid tu hūc amorē extimes qui in plures diuisus est.
Nulla mulier tā fixe aliquē amauit. que veniente nouo ꝓco nouisq̄ʒ precibus vel
munerib⁹: non mutarit amorē. Mulier est animal imꝑfectū: variū: fallax multis
morbis passionibusq̄ʒ subiectū: sine fide: sine timore: sine cōstātia: sine pietate. De
his loquor mulierib⁹ q̄ turpes admittūt amores. Nūq̄ʒ he stabiles sunt. Nāq̄ʒ vt
semel a recto tramite recesserūt: iā se liberas arbitrant̄. vt quocūq̄ʒ velint vagent̄
nec ampli⁹ vel mariti vel amici timorē habēt. Credo equidē illā coeundi fetidam
voluptatē tibi qui iā senio exhaustus es parū placere. Nā q̄d nedū tibi antiquo
⁊ arido: ſ iuueni humecto illa inepta ⁊ spurcida voluptas cōferre pōt: quā mox
penitudo ꝯsequit̄. an nō magna res est ammonitio illa ꝯcitatio siue cōmutatio
quedā que post peccatū euestigio mentē hominis cruciat: q̄ʒ iniqu⁹ est hō qui to
ciens ammonitus nō quiescit qui punitus non emendat̄. qui correctus non effi
cit̄ melior. Quid ille actus carnalis operat̄ nisi carnis interituʒ vtinā solā carnē
interimeret ⁊ nō occideret animā. At duo cum inuicē coeūt vir atq̄ʒ femina: qua
si duo vasa testea mihi videnṫ: que inter se confricent̄ donec rumpant̄ ⁊ ad nihi
lum redigant̄. Tu tamen non in coitu sed in visu sermoneq̄ʒ forsitan oblectaris
Quid obsecro in visu est tam pulchri vt non inuenias aliquid pulchri⁹. Pulchri
tudo quā debemus querere in celo est: cui nulla pōt res mūdana comparari. In
illa omnis ꝑfectio est: mundana semper diminuta sunt. Illa ꝑpetua. hec caduca.
Illa fixa. hec fluxa. hanc quā tu miraris formam paulū quid febris eripiet. aut si
morbus abfuerit: senectus nō deerit que illam teretē succi plenāq̄ʒ facieʒ rugosaʒ
crispāq̄ʒ reddat. Sicut illa que nūc mirarꝭ mēbra de cursu tp̄is arida nigra squa

lida fetore ac spurcitia plena. Nō oculi splendorē vndiqꝫ seruabunt. Fetebit os: collū incuruabit. Corp⁹ vndiqꝫ sicco ꝛ arido trunco fiet simile. Cogita hec ꝛ auerte spem priusqꝫ fuge qꝫ priueris. Multo eñ meli⁹ est rem ꝯtēnere qꝫ ꝑdere. Jam ṽo de sermone sua dulci placido ꝛ mellifluo quo te dicis oblectari admoduꝫ miror. Quid eñ sermo muliebris in se dulce habet. Quid dicit tibi amica. Nempe aut queritur aut plorat aut minat̄: aut tibi inanes refert fabulas. Dicit quid cum vicina fecerit: q̄d somniauerit. quot oua gallina pepit. quibus florib⁹ serta cōponant̄. Omnis sermo mulieris de re vana leuiqꝫ est. In quo qui oblectat̄: ꝛ ip̄m leuē esse oportet. Narrat tibi nōnūqꝫ ꝛ cū alio amatore ꝛ quo pacto iacuerit. q̄d doni recepit: quā cenā habuerit: quibus voluptatib⁹ fuerit vsa. Que res nō gaudiū tibi: sed cruciatū afferūt. Sꝫ accipe q̄ velis gaudia i sermone amice. eris ne amēs rōnisqꝫ inops vt nō magis in alicui⁹ docti viri verbis sermonibusqꝫ leteris. Resume oīa simul que in amore sunt gaudia. rursuqꝫ tedia: multa ista: pauca illa reperies. Ueráqꝫ illius sn̄iam dices qui parū mellis in multo fello mersum inq̄t amorē esse. Cum ḡ nicolae totus amor de quo loquimur vanus asper amarus dānosusqꝫ sit: ꝛ hominē morbo grauissimo teneat: curandū est vt ab eo libereris. Cura aūt ea est vt menti tue ꝑsuadeas malū esse amorē. Post hec, dedines amice sermonē: ociū fugias in negocio semꝑ sis: viros bonos qui te instruant sequaris. nulli ludo, nulli cōuiuio intersis. Si quid largita est amica abs te abijcias. Nihil penes te sit q̄d illius fuerit. puta illā esse nunciū dyaboli qui te perdere velit. Sint in memoria xp̄i beneficia q̄ tibi impēdit. Cogita quot benefaciēti p̄mia in celestibus sedib⁹. ꝛ q̄t malefaciēti supplicia apud inferos p̄ꝑata sūt. Cogita dies tuos assidue fieri breuiores. instareqꝫ semꝑ vltimū. Cogita q2 irrisui est qui amat ꝛ p̄sertim vir euo maturus. Cogita instabilē mulieris aīm: cogita ꝑditionē temporis q̄ nihil est p̄ciosius. Cogita dissipationē bonoꝝ. Cogita vitā quā viuim⁹ breuissimā in hoc seculo q̄uis voluptatib⁹ sit dedita ꝛ in alio mundo quē inq̄rim⁹ nullū eē finē. Hec si tecū sedulo cogitaueris p̄ceptaqꝫ ista tenueris amorē quo cruciaris a te breui tp̄e relegabis viruqꝫ te p̄stabis deo gratū celoqꝫ dignum. Uale.

Frisingen̄. episcopatus desponsat̄ henrico schlick.

Epistola. cvij.

Eneas siluius poeta Reuerendo patri. d. henrico schlick electo frisingen. S. p. d. Heri dum casus nescio q̄s in curiā me duxisset. Johēs nieperg litteras quasdam ducis bauarie alberti. sibi ꝛ walthero zebinger destinatos produxit. wolfgāgoqꝫ nostro legēdas dedit. In his scriptū erat iohānē cardinalē sancti martini in ep̄m frisingen̄. electū ac rite cōfirmatū fuisse nec aliud sibi obre ad possessionē adipiscendā nisi regem ꝛ casparem schlick quod sibi iniustū tūtum inhumanū videret̄. cum ille ius haberet caspar nihil tituli posset ostendere. Rogabant̄ ergo illi duo magnisqꝫ precibus orabant̄ vt cardinali essent auxilio. regemqꝫ hac infamia liberarent queꝫ totus orbis iniuriari ꝛ vim facere iohanni cardinali cognosceret. Cardinalē ṽo iam eē ꝓpositi regem visere. Sed cū hi duo quasi regij currus aurige forent. rotas voluere deberent: ꝛ obuiare ne cardinaleꝫ oporteret venire iniurias questuꝫ. Hec ergo ꝑtim intellexi duꝫ legerent̄. Nā arrigo aures cū frisingen̄. eccl̄iam audio nominari. Partim ṽo exposuit mihi wolfgang⁹. Nihil illi ad hec respōderūt. Sed id bonā in partē suꝫ interp̄tat⁹ q̄n lectura commissa est nostro. Si q̄d eñ male mētis illi habuissent nō ꝑmisissent nos hec scire. Nā qui nocere vult eos fugitat q̄ possunt obsistere: hc ṽo l̄re cur scripte sint ꝛ cui⁹ suasu tāto magis existimare potestis qꝫ ego: quāto iudiciū vestrū est ad cōiecturā q̄ meū sagaci⁹. Mihi nō est verisimile h̄ fuisse scriptū nisi ex hec curia cōmonitio ꝓcessisset. Oportuit nāqꝫ pri⁹ scitū eē q̄ forēt ꝛ apud regē auditi ꝛ vestre ꝑtis defensores. Ac mira res vt eadē dies res cōtrarias tulerit ꝛ nūc mesticiā nūc leticiā dederit. Uerū est q̄d dici solet. Multa dies variusqꝫ labor mutabilis eui. Retulit in melius nemo diē laudet aut damnet nisi adueniente sero. Hec mane

cõtigerunt. Sero aũt ad me venit tabellariꝰ aplicus q̃ te q̃ritãs afferre lr̃as tue
ꝓmissionis se dixit. Suscepimꝰ eũ oẽs gaudio pleni. Et in cena nobiscũ habuimꝰ
Is q2 nõ reperit te statuerat se wiennã venturũ laturũqꝫ lr̃as. Sed amonui sibi
hãc mentẽ retinuiqꝫ apud me lr̃as ꝓuisionis que sunt numero nouẽ, duas clau-
sas ad te remitto ⁊ missiuas oẽs que tuꝫ tibi tuꝫ cancellario dirigunt. Nõ visum
est mihi tutũ principales lr̃as maiori dimitti ꝑiculo. Scitis q2 insidie sunt: ⁊ iã no
tum erat pluribꝰ in hac curia hũc aduenisse nũciũ. Satis est tibi has lr̃as in cãcel-
laria fore. Nã ⁊ huc rediture essent cũ petenda possessio sit. Littere pleni sũt pro
uidenturqꝫ tibi ꝑ reseruationẽ. Et date sũt oẽs senis ex die tibi noto. Ego h̃ mane
id regi dicã nõ petẽs possessionẽ. q2 nihil ꝓficerẽ ⁊ stultũ ẽ petere quod impetra-
ri nõ põt. Scio hoc reseruari in aduẽtũ cãcellarij. Sꝫ volo regeꝫ sciri nihil falsi ꝑ
cãcellariũ sibi scriptũ fuisse de lr̃is. Nũc mihi ꝯsultũ videt vt cãcellario mox scri-
bã: ⁊ vt hãc meã ep̃lam sibi destines ne q̃d ignoret ne vel aliũ in curiã mittat nũ-
ciũ: ⁊ vt q̃ꝫfestinant veniat puto possessionẽ haberi posse. Ego lr̃as diligent asser
uabo. Nõ ẽet forsitan absqꝫ vsu certũ nũciuꝫ illi rursus mittere: tu tñ fac vt libet
Et me si q̃d ampliꝰ actuꝝ vis scribe q2 ꝓna est obediẽtia mea. Uale optime.

Epistola. cviij.

Somnium de fortuna.

Eneas siluiꝰ poeta S. p. d. dño procopio de rabenstain militi lr̃ato ⁊ ꝑstãti
Noctu ꝑterita priꝰq̃ꝫ me q̃eti cõmitterẽ: multa mecũ de te locutꝰ suꝫ. Mi-
rabar tuis virtutibꝰ nõ pari locũ cõueniẽtẽ: q2 lꝫ acceptus sis cesari, nõ tñ
vt par esset efferri te video. Nã cũ reluceat in te nobilitas ⁊ ꝓbitas: nõ video cur
int primores poni nõ debeas. Accusaui ḡ fortunã q̃ tũ honoris tuꝫ diuitiarũ cre-
dit dispẽsatrix: pluraqꝫ mecũ stomachatus dixi vt q̃ viros ꝓmeret bonos: extolle
ret malos: nec finẽ feci donec altꝰ me somnꝰ oppressit. Inter dormiendũ vo mira
ꝑ quietẽ sum cõtẽplatus q̃ tibi nũc referre decreui. Tu arrige aures resqꝫ tuꝫ mi-
ras tũ stupẽdas agnosce. Iaꝫ noctis decurso spacio syderibꝰ dubijs postq̃ꝫ pigri
boete frigida sarrata circũegerãt visionẽ hãc habui. In locos letos ⁊ amena vi-
reta deueni. gramineꝰ campꝰ in medio fortunati nemoris erat riuo cinctꝰ ⁊ muro
due illic porte: altera cornea: altera cãdẽti nitẽs elephãte. Muri altissimi ex ada
mãte cõstructi. Riuꝰ imense ꝓfũditat. Nulli accessus ad portas nisi ꝑ põtes: qui
tñ cathenis eleuati pauci aduenietibꝰ dimittebant. In ripis e regione portaꝝ ex
istentibꝰ: ingẽs viroꝝ ac feiarũ turba ꝯsedebãt. tẽdẽtesqꝫ manꝰ orabãt trãsmitti.
Territꝰ hac nouitate dũ hac ⁊ illac circũcurso. Plures mihi obuij dant q̃ꝝ facies
agnoscebã. nescio tñ q̃re factũ sic vt nẽo mihi s̃mõis copiã facẽt. Ueni ad corneã
portã: i cuiꝰ sũmo h̃ v̓ba lr̃is antiq̃s iscripta ꝯspexi. paucos admitto. huo paucio-
res. Quidꝰ nosse q̃d foret iterꝰ. Iuuenẽ q̃ supra turriꝫ erat magnis p̃cibꝰ obsecra
ui (icassuꝫ tñ) mihi vt fores pãderet. Tũ forte adolescẽs venit mag̃ comitãte ca-
terua. Cog̃sco habitũ ex rheni ꝑtibꝰ erat. Quisnã hic ẽ inq̃ꝫ accedit me vir togatꝰ
credo me italũ nouit italꝰ: ⁊ ludouicꝰ ẽ h̃ ait dux bauarie. princeps elector q̃ trãs
illũ murũ nos ducet: at ego mi vir ipetra ⁊ mihi trãsituꝫ; si q̃d iurꝫ hꝫ cõis int nos
ꝑria. Faciã inq̃t ille vir qꝫ locuti eramꝰ cũ põtibꝰ dimissis ludouicꝰ igressꝰ ẽ ⁊ vna
secũ q̃ꝫples alij q̃s ianitor noiatiꝫ appellauit. Ego vt explorator sub palio p̃ncipis
q̃ ludouico hẽbat ⁊ vnꝰ ex brãdẽburgeñ. marchionibꝰ visus ẽ latitãs itraui. Illic
florea prata riui tũ lacte tũ vio currẽtes: frigidi fõtes. lacꝰ piscibꝰ pleni; balnea sua
uissima: dẽsi luci: vineta sꝑ vuis onusta: arbores ꝑpetui autũni: q̃les ortꝰ hesperi-
dũ vl' ꝑbeates habuisse credũt. Põa q̃rũ solo pastari odore ꝑ siluas. fere mẽsuete
captu faciles. Uolucres ⁊ esui ⁊ cãtui nate. vnicꝰ ẽ apd̓ ethiopes locꝰ eliotrapeza
nũcupatꝰ: opipari epul' sꝑ refertꝰ q̃bꝰ idiscretim oẽs vescũt. apd̓ quẽ lacꝰ tenuis la
ticis haustu saluberrimꝰ. Hic ꝑlima sunt hmõi loca. mẽse sub arboribꝰ ꝑate gẽma
tis vascul' paterisqꝫ aureis onerate. Nullũ valernũ cõparari vino põt qd̓ ex viuo
saxo illic manat. Mella passiꝫ fluũt: arũdineta succaro plena. Omne genꝰ aroma
tũ ex arbore cadit. Auri ⁊ argẽti inexhauste minere. Lapilli p̃ciosi tãq̃ꝫ cerusa i ne-

moribꝰ pēdēt venuste puelle: elegātesꝫ iuuenes ꝑpetuas ducūt coreas. Quicqd musicū ē illic resonat. Nō tā voluptuosam suis sequacibꝰ paradisuꝫ machometꝰ repromisit. ꝙ̄ hic vidisses. Dispēsatores huc ⁊ illuc discurrebāt bachꝰ ceres ⁊ venus. Silua mirthea cōcubitꝰ admittebat. Jā ego ex palio prodierā cupidusꝫ vidēdi ꝑ medias letātiū turbas ibā securus. Tuꝫ vegius poeta laudēsis me aggredit. Et o inqt enea quo huc pacto venisti. amplexus amicū exposui casuꝫ. Tū ille voluissem te vocatū fuisse. Nā hic ꝓter iussuꝫ here nemo manere pōt. Illa si te viderit mox iubebit expelli. Tū ego quenā ē hec dn̄a cuiꝰ expectat vocatio. Hera fortuna rn̄dit vegiꝰ cuiꝰ munē oēs q̄ sumꝰ ħ feliciť viuimꝰ illi totꝰ obedit orbis q̄cq̄d hec iussit factū ē. Tū ego ꝗ tu ex felicibꝰ vnꝰ es q̄ solebas eē ꝙ̄ miser. Suꝫ inqt vegiꝰ: dilexit me tandē hec dn̄a. sūmiꝫ pōtificis mihi graꝫ cōciliauit canonicūꝫ basilice. s. petri fecit. Ha inquā ego iā incipiā colere tuā dn̄am si q̄s bonos euehit Ego sepe eā inuectꝰ suꝫ ꝙ malis bonā ⁊ malā bonis eā videbā. Scis ꝙ̄ bonꝰ fuerit socrates nūꝙ̄ illi arrisit. Platonē q̄ fuit phoꝝ maximꝰ in ꝓuitutē redegit. Pitagorā sp̄ vagari cōpulit. Ciceronē ꝙ̄uis ex rethore ꝯsulē fecerit. in manus tamē postmodū inimicoꝝ dedit ⁊ anthonij gladiꝰ interemit. Scipioneꝫ in exiliū misit. Fabriciū in catino terreo seu ligneo comedere fecit. Primū cathonē paupertate grauauit: sibi vt manus cōsciret alterū iussit. Aspice viuentes. Quid iuliano cardinali sc̄i angeli tot ꝟtutibꝰ ornato repensuꝫ vides. Quid ioħi sc̄i petri. Joħi sc̄i calixti: ac ioħāni tarētino eiusdē ordinis viris. Quid est his qđ vel ꝓbitati vl' sciē correspōdeat. Quis dicere pōt. Casparē cācellariū ꝙ̄uis ducē sibi coniugē copularit. dignas laboꝝ retributiones tulisse q̄ iā triū cesarū cācellariꝰ fuit: wilhelmꝰ de lapide miles insignis: nō minus lr̄aꝝ ꝙ̄ armoꝝ scius: qui mundū virtuť agnoscēde cupidus peragrauit: quid suis meritis dignū est assecutus. Campisius noster ph̄ia plenꝰ. q̄ sedis ap̄lice seruitijs etatē suā consecrauit pauperior codro est. Vnicus miles est aut si comites habet vix quatuor sunt. Procopiꝰ bohemꝰ in curia cesaris qui licet lr̄as amet colatꝫ indocti tamen atꝫ hebetes sibi ꝑferūť. Nolo referre quos asinos viderim exaltatos suꝑ cedros libani: qui etiā hodie florēt homines sine lr̄is: elingues sine sensu: vix manꝰ dextra quot habeat digitos norūt Securiꝰ est mortuos ꝙ̄ viuētes carpere. Quid deteriꝰ aut horribiliꝰ monstrū nerone fuit. Quid tyberio sceleratiꝰ. his tamen imperia ꝙ̄ vespasiano ⁊ tito pijs cesaribus diuturni ora fuerūt. Quid domiciano turpiꝰ. bestiā tn̄ illā mundi ceruicibus imminentē pluribꝰ annis ꝑtulit orbis. Jouinianum qr religiosus clemensꝫ fuit oppressum fumo carbonū mox amisit. Quot crispinus villas erexit mōstruꝫ a vicijs nulla virtute redemptū. Spado claudij neronis pophides tot diuitias possedit: vt edes suas ornatiores ⁊ ampliores capitolio construeret. Gabrinꝰ cremonen̄. vij. dn̄os suos interemit quibus in fetida sepultis cloaca dn̄atum suscepit. Non possum viuentē aliquē nō tangere patrē philippi ducis q̄ nūc burgūdiā tenet: in presentia regis francie prepositꝰ parisien̄. securi ꝑcussit. Js nūc in prouincia quietissimā habet vitā: pinguibꝰ agris donatus. Hic tn̄ ⁊ homicidiū fecit ⁊ publicā fidē fregit: qui miser ille secutus fuerat. Hec mihi bilē sepiꝰ cōmouerunt. At postꝙ̄ te virū ꝓbū ⁊ doctū iā fortune blādimētis video delinitū: fio mitior illi: putoꝫ te nō solū ex bonoꝝ numero gratū esse huic matrone: sed duc me oro vt illaꝫ intuear. Jta est inqt vegiꝰ plures boni sūt i hoc ꝯuētu ꝙ̄uis mihi non arrogo qđ tu nomē das. Scio me peccati reū eē: indignūꝫ gradu meo: ꝫ ita placitū est tuꝫ fortune tū meo pōtifici: atꝫ vt agnoscas bonos q̄ꝫ huic dn̄e gratos eē. Audi me parūper nolo cōstātino magno nerue troiano duobusꝫ theodosijs ipsiꝫ primo augusto quāta felicitas arriserit qr probi fuerūt nūc disputare. Ad viuos venio. Quid tuo cesari religiosissimo. Quid meo pōtifici sanctissimo. Num blandā fortuna ōn̄dit. Regē aragonū q̄s eleuauit nisi fortuna. Quis ducē clocestrie magnū fecit. Quis colonien̄. ⁊ treueren̄. antistites. magna est hoꝝ virtꝰ: ⁊ tn̄ fortune flatu sunt sublimati. Diceret moguntinus: meum genus erexit me. Sic ⁊ saxones ⁊

bauarie duces dicere possent tamqꝫ nihil in eis fortuna fuerit ꝯpata. Sꝫ q̄s eos tā
alte nasci fecit nisi fortuna. Poterat hec si voluisset regis hispanie vl' anglie melo
co supponere. nulla virtute nr̄a ſ; casu generis nanciscimur claritatē. Qꝛ si plures
sunt virtuosi quos fortuna preterit nemo irasci dꝫ. Pōt em̄ hec dn̄a q̄ sua sūt bo
na cui vult elargiri. Hoies ī mūdū nō ad opes possidēdas aut pfruēdas delicias
sed ad labores nascunt̄. viuere in terris nō tamqꝫ incole ſ; vt aduene peregriniqꝫ de-
bēt. futuramqꝫ patriā p opa virtutis inq̄rere: in magna ꝩo fortuna nō facile virtus
repit̄: qđ aiaduertēs thebanꝰ ille phs ingēs auri pōdus in mari cōiecit vt expedi-
tiorē se traderet phie. Xp̄s saluator deusqꝫ noster diuitias tamqꝫ spinas ⁊ tribulos
docuit fugiēdas: eius discipuli paupertatis amatores fuerūt victū ⁊ vestitū haben-
tes his cōtēti erāt. Nec hiero. quis doctissimꝰ in tenui gaza fortunā accusauit. qꝛ
nō illā dn̄am: sed xp̄m dn̄m sequebat̄ trāsitoria p ꝑpetuis spernēs. Anthoniꝰ ab-
bas qđ fortuna dederat spōte reiecit. Qꝛ si sane mētis essemꝰ odiū potiꝰ q̄ fauorē
appeteremꝰ fortune. cuiꝰ blādicie maximū p̄stāt impedimentū ad eterne vite con
secutionē. Rarusqꝫ est ⁊ coruo rarior albo: qui ⁊ fortunā simul ⁊ iter in celū sequi
valeat. Sed cōprimo me ne huic dn̄e videar detraxisse cuiꝰ amplexibꝰ iā delector
Tu tn̄ caue ne pcopiū vel alios quos noiasti virtutis amatores: dicas expertes
fortune. Nec em̄ vel carnales vel milites eēnt vel generosi nisi fortuna iuuisset.
Solꝰ cāpisiꝰ ē ex quo nihil suū pōt fortuna repetere. Sꝫ eamꝰ si stat sn̄ia propius.
Videamusqꝫ dn̄am istā regnoꝝ atqꝫ imperij motricē. Eamꝰ inq̄ ego ⁊ si forsitan
hospes inuisus ero: vix quātū velox ex arcu sagitta volitās currit vie ꝯfeceramꝰ.
Tū apphēdēs vegiꝰ dextrā meā: respice inq̄t dextrorsum enea. ibi mirsia est do-
mina. Tētoria illic purpurea erāt margaritis ornata: q̄ centū iugera cooperiebāt
In medio soliū erat paltū: lucēs claris smaragdis: miri p̄terea lapides ebur solij
vestiebāt. Sagada gēma q̄ in pfundo eufratis carine nauis se solet adnectere io
cūdissime virēs. Mirthites coloris mirre q̄ p ad colorē attritꝰ nardi odorē spirat
Mitridas q̄ sole pcussa varijs emicat coloribꝰ. Tū pirites qui se teneri nō sinit
vehemētiꝰ chalachias grādinis cādorē p̄ferēs ethites vipereas habēs maculas
dyonisias: q̄ sui natura fustus est q̄ mixtus aqua si cōterat̄ vinū flagrat. Solis gē
ma pcādida ⁊ speciē fulgidi syderis veneris crinis q̄ rufoꝝ criniū faciē p̄fert. Se
lenites fulgore candido trāslucēs piropꝰ q̄ flāmas imitat̄. Mecenites papauera
exprimēs: Mirmites reptātē formicā. Calcoptōgos vt era pulsata resonās. Si-
derites certē maleficijs incātatus discordias excitans filiis ferro. Flogites q̄ intra
se q̄si flāmas extuātes ostentāt. Antracias vt stella coruscās. Enchidros exudās
vt clausā ī eo putes fontaneā scaturiginē: Melochites arabicꝰ crassiꝰ smaragdo
virēs infantū piculis resistēs. Iris ī mari rubro repta que aeris repcussa celestis
arcus ex se speciē iacit. Adradamas nitoris argētei aioꝝ talentū ipetus molliēs
⁊ tumētes refrenās iras ⁊ cōtra molestias neruoꝝ: vtilis pederos aspectu ebur-
neo ⁊ graꝝ ꝯciliator achates. Incredibile ē gēmaꝝ q̄ illic plucēt si q̄s referat mul
titudinē. Ipsa fortuna grādis matrona duplices aspectꝰ blādo vultu nūc terrifi
co. Vestibꝰ auratis gēmatisqꝫ altiorē choꝝ tenebat oculis grādioribꝰ. Sed plerūqꝫ
clausis in auribꝰ ceras vidi illa de naui petitas q̄siculos cautꝰ effugit remige sur-
do. Cadeceū in manu tenebat. In dextera eiꝰ ornatus sedebat honor: fauor: splen
dor: gaudiū: officiū: festus: risus: amor: ꝯiugū: vigor: robur: decꝰ: cātus. potꝰ. Nec
minori loco: fama: gloria: victoria: nobilitas: reuerētia: pax: leticia: potētia: forma
laus. grā: suauitas: iocūditas: hilaritas: dignitas: elatio: pōpa: p̄stātia: familiari-
tas: clientela: rapina: vltio: supbia: libido: arrogātia: obliuio: nuptie: consultatio.
Ad pedes eiꝰ q̄i ancille siue pedisseque: diuitie: pecunie. delicie: blāditie: volupta-
tesqꝫ stabāt arrect' auribꝰ si q̄d iussisset here auditure factureqꝫ. In gramie ꝩo lo-
coqꝫ decliui selle plurime cernebant̄ orchestra tecte: vbi plurimas vmbras sedere
cōspexi. Perlucebāt em̄ corpa sedētiū q̄uis palida erāt: versusqꝫ ad vegiū. Qui
sūt hi obsecro sedētes viri reuerētia digni subtristesqꝫ. Hi sūt inq̄t vegiꝰ quos hec
dn̄a ab initio nascētis mūdi dignata ē magnos facere. Sed iā satis functi huc ve-

nerunt. ⁊ vt quisqꝫ maior fuit: sic fortunē ꝓximior est. Nec hic est virtutibꝰ locus
dat̄ ſ ex felicitate. Primus hic est augustus cesar diuini genus: qꝛ aurea cōdidit
secula: quiqꝫ super garamantas ⁊ indos ꝓtulit imperiū. Alexander secundus est
Tum iulius cesar. Post scipiones duo. Inde pompeiꝰ. Alius quē luscum vides
hanibal est. Tum fabius maximus: emilius: paulus marcellus: alcibiades: pria-
mus: hector: agomenon: achilles: vlixes: Darius: xerses: ninus: pretereo multos
Ille quem vides signo crucis munitū constantinus est. hunc sequit̄ constantius:
constans: constantinus: valentinianus: theodosius. Sunt ⁊ iuniores: carolꝰ ma-
gnus: pippinus: arturus: mitto vetustiores. Sigismundū tuipse nosti ⁊ albertum
generū. qui post socerum non diu regnauit: fortunam tum secundam tum aduer
sam expertus est. Hic albertus ex duce rex factus hungariā bohemiāqꝫ recepit.
Nec diu post imperium est assecutus: vt tamen cito creuit ita cecidit repēte. vix
annis tribus regnauerat cum morbo absumptus spiritū deo reddidit. Tum ego
quo nam modo inquam felicitatē recipis. Ego apud iuuenalem legi. neminē ma
lum esse felicem. ex his quos nominasti pessimi plures fuerunt. Scis ꝙ hanibal
seuus ꝙ fallax ꝙ cupidus fuerit: tu tamen hunc felicem dixti. Ad hec vegius: nō
vt sapientes nomen felicitatis suscepi: sed vulgi morem sum secutus: apud quos
felix dicitur cui plurima ex sententia veniunt siue bonū est siue malū quod optāt
Iterum ego. Non est mihi vegi de mortuis cura: viuos rogo mihi ostende. Re-
spice inquit vegius illam plagā: vides ne iuuenem albis comis planisqꝫ nonduꝫ
annos triginta natus est: rarus in ore risus: grauis incessus: viro verba pauca: pu
dor ante faciem: longo vultu: statura plusqꝫ mediocri: lato pectore. Video inquā
sed quis est. herus tuus fridericus cesar inquit vegius. Tum ego agnosco domi
num: sed cur is fortune refugit vultum. Que nā verba loquit̄ domina: audio vo-
cem verba nō teneo. Dicam tibi enea refert vegius. Non tam venus odonem di
lexit ꝙ mea domina tuum herum. Is tamen refugit nec aspiranti annuit. Vultꝰ
fortune vt cernis blandus est. friderici torui sunt oculi: vixqꝫ fortunā intuentur.
Nescio quid sibi sit menti: verba fortune hec sunt. Maue friderice ⁊ te mihi cre-
de. Nemo regum te felitior erit. si mihi auscultaueris. Or si tu fugeris ego etiā fu
giā. Vides ne silui vt manū ad scapulas cesaris fortuna posuit: colliriumqꝫ vult
prendere. Nescio an se capi sinat cesar quod superi faxint: si fauentē fortunā spre
uerit fugeritqꝫ. Scio morē dn̄e nūqꝫ sibi blandior erit. Superba est: rogari potiꝰ
vult ꝙ rogare. Nunqꝫ vidi hanc heram tam se alicui blandā prestitisse ꝙ nunc ē
tuo dn̄o. Felix ille si fortunā sequat̄ miser si fugiat. Tum ego quis ille ꝓximꝰ fri-
derico qui eleuata ceruice gradit̄: passumqꝫ maiorē facit: paululum fuscus. Ger-
manꝰ eiꝰ inquit. vegius albertus dux liberalis: vastiqꝫ animi eū sequit̄ patruelis
sigismundus incessu celer: ingenio ꝓmptus ⁊ manu. Post hos vlricus ciliaceus
comes mortalis pugne magister: amator nō tā fidelis ꝙ felix. Ille maturus euo
grādiqꝫ corpe: si q̄s sit q̄ris vide ad pedes ibi calceus dicit: dn̄s de walse ego suꝫ.
Hos sequūt̄ viri pstātes chiemeñ: ⁊ gurceñ. epi. Cācellariꝰ herꝰ tuꝰ caspar. q̄ vt di
cis minꝰ hꝫ ꝙ mereat̄. Mgr̄ camere zebinger marescalcꝰ hi directe sūt nurēber-
gā petere. si petierint in patria remanebūt. Leonardus patauieñ. eps̄ comes de
schaunburg. Mgr̄ curie nitperg. Et alij plures q̄ oēs fortune sūt filij ꝙuis singu
li suā querant̄ sortē. Rursus ego q̄ nā boꝝ fortuna est oim bona: inq̄t vegius. Si
tuus herus fortune vocibꝰ auscultauerit varia si obaudierit. Dū sic famur video
parua statura virū nigro vultu letis oculis q̄ manꝰ in capillos fortune cōiecerat:
arreptaqꝫ coma. Sta tandē dn̄a meqꝫ respice dicebat. q̄ me fugis iam annis duo-
decim capta es siue velis siue nolis vt me respicias optet: satis mihi aduersa fui-
sti. Nūc aliū vultū ꝓbebis reor. aut mihi blanda eris aut oēs tibi crines euellam.
Cur me fugis pusillanimesqꝫ sectaris. Fortune qꝫ i eū vox erat: vicisti fateor. nec
me amplius experieris aduersaꝫ. Tū ego q̄s hic est inquā vegi. qui fortune vim facit
Alfonsius refert ille rex aragonū qui cū fratribꝰ apud stantiam captus. Phillip-

poqꝫ ducis mediolañ. datus dimissus deniqꝫ nouis se plꝰis imiscuit. Aduersamqꝫ
dñam insecutus: tantũ instando ꝑseuerandoqꝫ fecit: vt victã pudore fortunã iaꝫ
in suũ fauorẽ reuocauerit. Alius quẽ vix tribꝰ a fortuna distãte passibꝰ cernis bur
gũdionũ dux est. ⁊ cũ eo ꝯiũx cordata. Lõgus ille ⁊ abdomine tardus qui vix vo
cem exprimit in subribꝰ preest huic hera sepius arrisit. Sꝫ nõ audiuit vt par erat
domine vocẽ. ideo minus agri possidet minusqꝫ possideret nisi minas fortune na
ture liberalitas cõfregisset. Ille in armis letus iohãnes est vainoda trãsiluano-
rũ cuiꝰ virtute fracti turci hũgariã reliquerũt. Hic niger giskra est cuius armis de
fense sunt ladislai partes. Hic caluus bohemꝰ sisco est. vir sensatꝰ volũtate varia.
Ante hũc piceninũ videre potes cuius virtutẽ mirari magis ꝙ referre possumꝰ
Apud eũ franciscus cotunala stat magis fortune fauore ꝙ suis virtutibꝰ in hanc
diẽ magnificatus. Inter hos ego matrimonialẽ habitũ cernẽs. Et quenã inquã
illa est femina que ante alias tribꝰ passibꝰ ꝑgens tam fastuosa videt̃. Hec inquit
vegius venetia est que pecuniarum fortune claues hꝫ: tarpeiãqꝫ custodit. Alia ẽ
burgensis ciuitas. Tertia colonieñ. ciuitas. Nuremberga subinde. Argentina se
quit̃. wienna ꝗꝫ inter has est nõ vltima. Florẽtia venetijs ꝓximat. Sed timeo il
li qui pluribꝰ iam annis fauorẽ fortune minorẽ sentit: tua senas floret nũc. sed mi
nas nescio ꝗs audio. Hachinoua ⁊ valẽtia florẽt. lũdonie ꝗꝫ splẽdide sunt vt vi-
des. Tuꝫ ego video togatus quosdã. qui nã sunt hi. Primꝰ est meus põtifex inqͭ
vegiꝰ. Num eugeniũ nosti. Proch inquã ego etiã res eccl'iasticas fortuna versat.
Nõ minꝰ ꝙ tꝑales inquit vegiꝰ. Ex quo nostri sacerdotes dñari ceperũt ⁊ mũda
lia potius ꝙ spiritualia curare. Felix post eum sex gradibꝰ sedet imus: quia prin-
cipes non sequunt̃ eum. Illi cardinales sunt: tu omnes nosces si vultũ intueberis
Tres electores altiores accũbunt choris. patriarche paupes sũt taꝫ latini ꝙ gre
ci ideo retro. Ille vidue pullatis indute vestibus que post alexandruꝫ herculeqꝫ
iacent vrbes sunt que quondã splendide nũc solo equate sicut iussit fortuna cer-
nunt̃. Illa in montibꝰ sita carthago altera sup eufratẽ babilon troia columẽ asie
inter xantũ ⁊ simeontẽ diruta. Ille amphionis thebe. Tum mater musarũ cetro
pis ⁊ armis quõdã potens lacedemonia. Post ego qui nã obsecro illi sunt qui se
nostris horrent miscere. Prior ille soldanꝰ est inquit vegiꝰ cui paret egyptus. Aliꝰ
thurcis impat. Terciꝰ parthis. Quartꝰ afris: Ille nudus brachijs tm̃ indutꝰ ⁊ ar
millis cui diues ex collo torques pendet indoꝝ habet dñatũ. Post hec ad sinistrã
me verti. Ibi pauꝑtas sedebat ignominia: derisus: iniurie: morbi: senectus: tor-
menta: carceres: fames: dolor: stridor: timor: pudor: odiũ: inuidia: desperatio: cha
ritas: bellũ: pestis: solitudo: verbera: cure: ⁊ mille maloꝝ noĩa campi sitiẽtes nudi
ac lapidibꝰ tecti. Et quid nã rogo sibi vult hec vastitas vegi. Hic habitãt inquit
ille ꝗ ex alto gradu ceciderũt postꝙ fortune fauorẽ amiserũt. Vides ne sublimẽ
illã matronã septẽ callibꝰ ꝗ̃ pedibꝰ subsistẽtẽ. Hec aurea quõdã roma iam lutea
Capua eã sequit̃ siracuse ꝓxime. Tuꝫ genua: lune pisa: luca: parisiꝰ. Inter germa
nos florẽt adhuc vrbes: sola praga splẽdor terre declinat. Cõstãtinopolis tracum
caput morti ꝓpinꝗ̃t. Oĩa tꝑs dominat: nec vlli fortuna ꝑpetuo bona ẽ. Hic mestus
submisso capite renatꝰ est: quẽ fortuna ex apulie finibꝰ pepulit. Ille thomas fulgo
siꝰ est ꝗ ex ducali solio tractꝰ: in carceris iacet pedore. Hic pancratiꝰ vnco tenet̃
ꝗ solebat cũ oĩbꝰ tũ marie cancellario tuo infestissimꝰ eẽ. Borbonij dux ibi est qui
regno francie dicebat leges: nũc dominij ꝑtes mulctatꝰ extra regiã esse iubet̃. Vi-
des ne senẽ ꝓceꝝ cana ⁊ dimissa barba. hic ludouicꝰ dux bauarie queꝫ filiꝰ dñatu
priuatũ domi clausuꝫ seruat. Dũ sic loquit̃ vegiꝰ rursus in dextrã feror. Video cã
pũ nube candida tectũ: dũqꝫ introspicio seu vera figura fuit se ficta. Ladislai pu-
ellũ diademate ⁊ vestibꝰ ornatũ regijs visus sum videre: pluresqꝫ secũ infantes lu
dere: petoqꝫ vegiũ. Qui nã sunt hi nube cana circũuoluti. Hi sunt inqͭ vegiꝰ ꝗbꝰ
fortuna fauorẽ spõdet: si fatoꝝ munere vixerint. Vix ista locutꝰ erat vegiꝰ: cũ dea
in me oculos ꝯtorsit: contractisqꝫ supcilijs: ꝗs te huc accersiuit inqͭ eu ea. Nemo

siquā ego: sed auidus te visendi introgressus sum: noli mihi succensere. Vidi re
gnū tuū iā abibo. Vnū tn̄ ex te peto supplex mihi vt paucis rogatibꝰ respondeas.
Faciā inqt illa ꝓpone. Tū ego quādiu es hoib' blanda. Nulli diu rn̄dit. Iterū ego
Quibꝰ artibꝰ pōt tuus fauor acquiri. Nullis inquit illa: nisi solius importunitatꝭ
remedio. Quis te plꝰ alijs retinet. Qui meū imperiū maiori sustinet aio. Quis
tibi odiosior. Pusillanimus. Quis te tute spnere pōt. Sapiēs. Qn̄ mihi blādior
eris. Cū te vocabo. Suꝫ ne vocādus. Scies postea. Quis tibi ex oibus viuētibꝰ
est acceptior. Qui me fugat non q̄ fugit. Satis habeo vale. Et tu vale nec te mei
gregis eē negaueris inqt fortuna. Quis tibi nō dederim auri mōtes. Nā q̄ te ple
riqꝫ amāt tibiqꝫ benefaciūt meū est. Retuli grās atqꝫ abij. Vegiꝰ eñ portā me di-
misit. Ibi inter porrigentiū manꝰ turbā ꝑegallū inueni amiciorē amico ⁊ parē si
bi michaelē sueuū tum wenceslaū ⁊ iacobū cācellarie glebis ascriptos. q̄ vt me vi
derūt circūfusi ꝑcontabant̄ q̄d vidissem. Sꝫ dum illis refero visum: mox somno
solutus sum. Tu vale ⁊ quid hec sibi velint sagaci tuo ingenio discute mihiqꝫ api
Iterū vale mel meū: olus epicuri ac pictagore legumē. Ex wienna. vj. kalendas
Iulij. Anno. M.ccccxliij.

Prosperitatē sui status denūciat
cū desiderio eiusmōi successus.

Epistola. cix.

Eneas siluiꝰ poeta impialisqꝫ secretariꝰ Caspari nouarieñ. amico fido ⁊ do
cto. S.p.d. Accepi volupe tuas lr̄as quibꝰ te sospitē cognoui ⁊ mei me-
morē. Nō possuꝫ vt vellē q̄ mihi obtigerunt postqꝫ te dimisi offerre scires
me multas passuꝫ miserias. vtcūqꝫ sit eo iā in loco suꝫ de q̄ deo grās ago. scio id ti
bi iocundū esse. Nā que mea fortuna est ⁊ amici est. Noui q̄ me amas: neqꝫ im-
pune amas. Vt tuus erā basilee sic hodie sum. Vellē te opibꝰ atqꝫ honoribꝰ auctū
audire. Sed nō oia vno tpe veniunt. Da opam vt facis virtuti. dilige lr̄as: iunge
te bonis: non deerit auxiliū dei. Et cū minime putabis tunc maxime exalteris. Ia
cta cogitatū tuuꝫ in dn̄o ⁊ ipse te enutriet. Qr si neqꝫ diuitie neqꝫ honores assint:
nō tn̄ desperandū est. Nec eñ ista sunt que beare hoies possunt. Virtus sola in ce
lo ꝓbet aditū. q̄ si eo anhelamꝰ. hec astruēda est scala. Breue est quo in terris viui
mus tēpus: siue diuites sumꝰ siue paupes spernendū est. Si mō in celū domiciliū
ꝑparamꝰ: qd̄ te facē q̄ virtutē colis nō ambigo. Hec nūc scribēda fuerūt. Clarissi
mū virū patruū tuū siue is auūculus ē. Stephanū nouorienseꝫ vt meis vbis sal-
uere iubeas opto. Vale ⁊ vt facis ꝑge me amare

Cōsolat̄ amicū merentē ex morte ꝯiugis sue.

Epistola. cx.

Eneas siluiꝰ epūs tergestinꝰ dn̄o caspari schlick impiali cancellario. S.p.d.
Eger ē aiꝰ tuꝰ ⁊ cor tuū vulnē grādi vulneratū nec abs re. Letissimo nāqꝫ
⁊ iocūdissimo ꝯiugio ꝑuatꝰ es: nec scio an opam medicātis expectes. Nā
⁊ ego q̄ꝫ q̄ medicinā ꝑparo medico suꝫ indignꝰ. Egroto te ⁊ tue suꝫ ꝑticeps cala
mitatꝭ: nec sine me lꝫ te miserū eē. Scribūt mihi amici tui ex austria feiarū decus il
lustrē cōthoralē tuā dū partū vult i lucē edere: cū partu diē obijsse. O gnē iacturā
O inextiabile dānū. O dolorē acerbissimū. Expostulāt q̄ te diligūt meis vt te lr̄is
soler. Sic apud veteres vsurpatū ē: funebres epl̄e scribebāt̄: mltūqꝫ ꝓfuit amici
scriptū amico turbato. In euāgelio q̄ꝫ legimꝰ ex hierosolymis ꝯples venisse iu-
deorū q̄ marthā atqꝫ mariā bethania sup mortē lazari ꝯsolarēt̄. Cōturbant̄ sepe
hoies ex ꝯiugū filiorū parētū ceterorūqꝫ necessariorū mortibꝰ ⁊ nisi vl' vbis vl' lr̄is
recreent̄ amicorū: plīmi sepe tabescētes doloribꝰ interirēt. Arbitrant̄ igit̄ q̄ te sal-
uū cupiūt epl̄as meas vtiles tibi fore vtqꝫ te mestū ⁊ acerbo casu ꝯsternatū vbis
soler hortant̄. At ego tecū patior: tecū excrutior: tecūqꝫ cōsolatore indigeo. Nec
eñ tibi q̄cq̄ molestū ē qd̄ nō sit idē mihi. Eq̄ tuo vulnere vulneror: ⁊ q̄cūqꝫ doles
ꝑit̄ doleo. Nec q̄sq̄ ē q̄ tua dāna q̄ꝫ ego meliꝰ norit. Sciebā ꝯiugē tuā int̄ castas
esse castissimā int̄ prudētes prudētissimā: ⁊ q̄uis alto sanguie natā: int̄ humiles
humilimā. Fuit i illa delectatio: fuit vtilitas: fuit honestas vna tibi cū ea mensa:

vnū marsupiū: vnꝰ lectꝰ. Quicq̄d tibi placuit illi corde fuit: ex tuo vultu risum fle
tūqꝫ sūpsit. Notū ē mihi ꝑ multis: quāta tibi ex eiꝰ obitu calamitas acciderit ⁊ qꝛ
tibi afficior maxīe: nō possū tecū nō dolere. Ceterū dū me aīo magis magisqꝫ re-
colligo: inuenio ⁊ huiꝰ qꝫ doloris solamina: q̄ tibi mihiqꝫ simul coīcabo. Frustra
sane ꝓseq̄mur lacrimis qđ amissū recuperari nō pōt: q̄ ventura oīno mors ē incassū
timet̄. Lex nature ē certa atqꝫ ineuitabilis mori oēs qui nati sūt. Potuisset coiu-
gis tue lōgiꝰ vita trahi: si plꝰ staminis dedisset lachis. Mortalis tn̄ erat: nec illi for
tasse ampliꝰ viuē cōducebat. Inspicit ex alto deꝰ hoīm vitas: ⁊ nō q̄ iocūda sed q̄
sūt vtilia hoībꝰ impertit̄. Stulti sumꝰ turba mortalis q̄ rē dictim pariturā sic pos
sideri posse q̄ ꝑpetua sit arbitramur. Sapiētissimꝰ ille q̄ nūciata filij morte nō la
crimas nō eiulatus emisit: ſ sciebā inq̄t me genuisse mortalē. Aliꝰ cū dilectissimā
sibi mors coiugē eripuisset. hac ait cōditione accepi vt perderē. Multis modis
amittit̄ vxor: ſ nullo meliꝰ q̄ morte. Vniꝰ coiugē sic lōga valitudo deturpat vt pe
risse potiꝰ sit expetendū. Alteri nuptā subtraxit adulter. Per has nouissime dies
vxorē amātissimā illustri croacie comiti scuissima barbarorū manꝰ abduxit. Quis
numerare queat varios fortune casus. quibꝰ ludēs humanū effligit fortuna genꝰ
O beatū cui nullo coiūx exilio: nulla fraude nullaqꝫ manu hoīz: ſ diuino dūtaxat
impio subripit̄. Beatior quē vsqꝫ in seniū casta fecūda ⁊ placida ꝓsequit̄ vxor.
sed pauci quos equus amauit iupiter huiꝰ sortis existūt. Tecū tn̄ actū est caspar
qui etsi nō es beatissimꝰ: felicē tn̄ cōpellare te possumꝰ. Tibi nobilissima coniunx
nupsit ex generoso ducū slesie sanguine: formosa erat ⁊ honestatis specimē prese
talē enee recessum seipam interemit. Nec porcia post bruti necem voluit supesse.
Hec nr̄a postꝗꝫ eurialus ex visu recessit in terrā collapsa ꝑ famulos recepta ē: cu
biliqꝫ data donec resumeret spm̄. Ut ꝟo ad se rediijt. vestes aureas purpureasqꝫ ⁊
oēm leticie reclusit ornatū: vilisqꝫ tunicis vsa nūꝗꝫ posthac cātare audita ē: nūꝗꝫ
visa ridere nullis facecijs: nullo gaudio: nullisqꝫ vnꝗꝫ iocis in leticiā potuit reuo
cari. Quo in statu dū aliquādiu ꝑseuerat egritudinē incidit. ⁊ qꝛ cor suū abierat:
nulliqꝫ menti dari cōsolatio poterat: inter multū plorātis brachia matris: ac col
lacrimātis ⁊ frustra cōsolatorijs verbis vtentis necessario indignātē aiam exala
uit. Eurialus postꝗꝫ ex oculis nūꝗꝫ se visurū abijt: nulli intercundū locutꝰ: solā in
mēte lucretiā gerebat: ⁊ an vnꝗꝫ reuerti posset meditabat̄: venitqꝫ tandē ad cesa-
rē paruisij manētē: quē deinde ferrariā mantuā tridentū cōstantiā ⁊ basileā secu-
tus: ac demū in hūgariā atqꝫ bohemiā: sed vt ipse cesarē sic eū lucretia sequebat̄
in somnijs nullāqꝫ noctē sibi quietā ꝑmittebat. Quā vt obijsse verꝰ amator agno
uit. magno dolore ꝑmotus. lugubrē vestē recepit: nec cōsolationem admisit nisi
postꝗꝫ cesar ex ducali sanguine virginē sibi tum formosam tuz castissimā atqꝫ pru
dente mrīmonio iunxit. Habes amoris exitum mariane mi amātissime: nō ficti
neqꝫ felicis. Quē qui legerint ꝑiculū ex alijs: faciāt qđ sibi ex vsu fiet. Nec amato
rū bibere poculū studeant. quod lōge plus aloes habet ꝗꝫ mellis. Uale. Ex wien
na. v. nonas iulij. Anno. M.cccc.xliiij.

Epithaphiū mittit epō patauien̄.
sup mire laudis lapide tumbali.

Epistola.cxv.

Reuerēdissimo in xp̄o patri ⁊ illustri principi dn̄o leonardo epō patauien̄.
dn̄o suo magno ⁊ futuro maximo. Eneas siluius poeta impialisqꝫ secreta-
rius. S.p.d. Basilicā diui stephani ꝓthomartyris cui ꝑsides in vrbe tua
patauien̄. cū nuꝑ intrassez mirarerisqꝫ veteres sepulturas. Nihil inqt magnificus
caspar cācellariꝰ adhuc vidisti. Moderni epī spectandus est lapis. Sequentiqꝫ
die cū viri ꝑstātes aduenissent. Siluester chiemen̄. epꝯ ac iohes mgr̄ regie came-
re. Tu illos cū cācellario postꝗꝫ solēni prādeo recreaueras: vt lapidē cernerēt ad
duxisti. Nec dedignatꝰ es me ꝗꝫ vna inter spectatores vocare. Uidi ꝟ mirificum
marmor qđ tā subtili ingenio sculptū erat: vt vel phidie vel praxitelis opꝰ videri
potuerit nec meo iudicio (ꝗ tn̄ romanas statuas cōtēplatꝰ sum) altioris edificij
ꝗcꝗꝫ huic opi poterat adiungi. Uera tua illic iacebat imago. Iob in vtrūqꝫ latꝰ
erat insculptus. Suꝑ pectꝰ tuū crucifixus residebat. In infulis ꝗꝫ circa beatā vir
gēbis tua effigies cernebat̄. Ad pades tuos duo leones tā viuis siles vt terrorez
inijcerēt aspiciētibꝰ: Angeli vndiqꝫ ꝗ volātes astabāt. Arma tū tua tuz ecclie in
plerisqꝫ locis visebant̄. Laudaui ergo te mirūimmodū ꝗ etsi altū tenes dignitatꝭ
gradū multasqꝫ possides opes: nō tn̄ esse te hominē obliuisceris. ꝟ qđ est hominis
sapiētis ⁊ mortalē te noscis ⁊ de morte sedulo cogitas. Quo fit vt te nō nisi iustū
iudicare possiz. Nā ꝗ viuēdo moriturū se cōtinuo meditat̄: is ꝓculdubio ⁊ vitā
ducit meliorē ⁊ cū dies obitus adest minꝰ angit̄. Quia ꝑuisa iacula (sicut grego-
rius inqt) minus nocēt ⁊ facile cōtēnit huiꝰ mūdi blandicias ⁊ inānamēta refu-
git ꝗ semꝑ cogitat se moriturū. Unū tn̄ in tuo sepulcro defuit. qꝛ nō erat ibi epita
phiū te ac tuis virtutibꝰ dignū. Uolui igit̄ supplere defectū edidiqꝫ nōnullos ele-
gos. qui si placebūt in aliꝗ ex lapidibꝰ sarthophagi tui poterūt insculpi ⁊ ad poste
ritatis deduci memoriā: vt nō solū pn̄tes ꝟ etiā futuri populi ꝗlis ꝑlatꝰ fueris ⁊ ꝗꝫ
ecclie vtilis recognoscāt. Et ꝗ tibi succedēt nō locū dūtaxat ꝟ ⁊ ꝟtutes tuas hr̄e
ꝓcurēt. Uale optime ⁊ fac ꝗ tuus eneas si phas est dicere tuissimus fiat.

Epistola.cxvj.

Promotoriales lr̄e,

Reuerēdo prī dn̄o epo cōstan̄. Eneas siluius ⁊ michael de phullendorff secretarij regij. S.p.d. Reuerēde in xp̄o pr̄ ⁊ dn̄e. Obtinuit superiorib⁹ dieb⁹ honorabilis. Cuicius amaiestate regia pmariarū precū lr̄as: p aliq̄ bn̄ficio ecclesiastico sibi cōferēdo ad tuā collationē spectāte. Nūc vo cū eisdē lr̄is ad tue paternitatis pn̄tiā pficiscit̄: sperās in oculis tuis gratā pmotionē inuenire. Verū qz idē. Cuicius nobis p plurimū puersatus ē: nobisqz retroactis tpib⁹ obsequiosum se pbuit ⁊ acceptū: ⁊ eū semp honestū ⁊ pbum inuenim⁹. Nō indignū putauim⁹ has nr̄as lr̄as in eius recōmendatione tibi cōscribere. Quapropter licet nō dubitem⁹ paternitatē tuā cū intuitu vtutū suarū: tum maxie ob reuerentiā regie celsitudinis beniuolā sibi ⁊ affectā esse. Rogam⁹ tn̄ vt etiā nostro intuitu. Cuiciū ipm recipias cōmendatū. vt p tui fauoris psidia ꝙ primū regiarū pcū sortiri possit effectū. In qua re reputabim⁹ spālem gr̄az a tua paternitate recepisse viceuersa in nobis possibilib⁹ ad tua beneplacita nos offerētes.

Promotoriales lr̄e.

Epistola. cxvij.

Notarij romane regie cācellarie. Reuerēdo prī epo constan̄. dn̄o suo. S.p.d. Licet merita nr̄a nulla pcesserunt quoꝝ vigore petere a te aliq̄d audere debeam⁹. Quia tn̄ res iusta ē p q̄ interuenim⁹ ⁊ benignitatē tuā nō ignoram⁹ fiduciā habem⁹ ꝙ ea q̄ q̄rim⁹ libent̄ audies ⁊ libenti⁹ adimplebis. Qd̄ autē poscim⁹ hoc est. Venit ad te cuiti⁹ cū lr̄is regijs pmarū pcū sup aliq̄ bn̄ficio ecclīastico sibi cōferēdo ecclīe tue: q̄ cū sit vir lr̄atus ⁊ bonis imbut⁹ morib⁹: facile apud te optimū prez gr̄az iueniet. Nos tn̄ cupim⁹ vt nr̄e etiā sibi recōmēdatiōes psint cū eū diligam⁹ ⁊ suis exigētib⁹ meritꝭ pcaꝝ habeam⁹. Rogam⁹ itaqz vt nr̄o intuitu tuos sibi fauores impēdas ꝙ ipse sentiat lr̄as nr̄as ad effectū sue regie gr̄e cōseq̄ndas nō modicū pfuisse quā rē nob̄ ad pcipuā cōpla cētiā recipiem⁹. Parati eṗ in oīb⁹ possibilib⁹ tibi ⁊ i cōi ⁊ in pticulari ꝯplacē. Datū i noua ciuitate anno ⁊c̄.

Ladislaus cōmēdat̄ sūmo pontifici ne emulis suis regnū hungarie ꝯfirmet.

Epistola. cxviij.

Fridericus dei gr̄a romanoꝝ rex semp augustus sanctissimo patri dn̄o eugenio pape quarto. S.p.d. Et si nō dubitem⁹ apostolicā sedē tāqz veritatis doctricē: iustāqz vite magistrā. quorūlibet iurib⁹ fauorabilē eē: nulliqz prsus iniuriā facere: qz quicq̄d ab eius solio manat: iusticie lancib⁹ librat̄ ⁊ equitatis. Nō tn̄ ab re fore putam⁹ aliqua p nos scribi. b. tue. q̄bus ius serenissimi pncipis ladislai hungarie regis patruelis nr̄i charissimi pueri pupilli ⁊ orphani commēdatū efficiam⁹: ⁊ eoꝝ q̄ ficta p veris referūt impijs resistam⁹ conatibus. Scit em̄ tua beatitudo patruelē nr̄m pfatū q̄ p⁹ obitū vite diue mēorie patrui ⁊ an̄cessoris nr̄i alberti rōanoꝝ atqz hūgarie bohemieqz regis in vtero materno posthumus remāserat. Ut primū nat⁹ fuit ⁊ sacri fōtis vnda renat⁹: adhibit ex amore solēnitatib⁹ verā hūgarie ⁊ scā suscepisse coronā. Nūc āt sicut accepim⁹ magnopere q̄dā instāt vt tua scitas titulū regni hui⁹ i aliū trāsferat mlta illinc emolimēta: tū scitati tue tū regno pfato puenietia dicētes q̄ licz nullaten⁹ aplicā mouere credamus: qz nullū cōmodū est tāingens p quo bn̄ vendi iusticia possit. Mirandus tn̄ est coꝝ conat⁹ q̄ ex alieno icōmodo suū q̄rētes cōmodū: altissimi sanguinis puerū ⁊ paterno ⁊ auito regno cupiūt spoliare. Iniquū pfecto ⁊ abhominabile scel⁹ Fecerit em̄ ali⁹ quis magnalia sit potēs sit aptus regimini sit p aliqs accersitus. Nolum⁹ ista discutere nec cū iniuria volum⁹ loq̄ cuiusqz. Nulla tn̄ rō suadet huic puero suū adimi regnū q̄ si pter se nō esset magnipu tādus ei tn̄ pter facta paterna vniuersa xp̄ianitas fauorabilis esse deberet. Quis em̄ nr̄i tpis hō ē q̄ pris hui⁹ gloriosos pflictus tū ꝯtra thurcos tū ꝯtra hussitas nō audiuerit. Debet pterea ⁊ huic puero fauorē pbere. Aui sui clarissima gesta: ⁊ illa ecclīe vnio ꝯstātie reparata: tū vo ⁊ karoli q̄rti ⁊ henrici septimi quoꝝ vltim⁹ hic sanguis ē memoria cesarū. Tacemus inclite dom⁹ nr̄e australis opa. tā p impio ꝙ p ecclesia in fauorē fi

dei ꝑ nr̃os ⁊ huius pueri ꝓgenitores edita. Quis tandē nō cōpati deberet innocenti pucro parētibꝰ orbato: vero hūgarie regi ac heredi. Insane ꝑfecto mētis ⁊ animi trucis sunt ac totiꝰ hostes iusticie q̃ tā generosum pueꝝ regno ꝑuare ⁊ ius tā clarū cōculcare nitunt̃. Sciūt tñ ⁊ illi ipsi q̃ talia petūt. inhumanū eē qd̾ optāt atq̃ idcirco extinctū puerū ⁊ nusq̃ inueniri ↄfingūt. vt vel hoc colore regni titulꝰ in aliū diriuet̃. Sed aliud repit̃. Uiuit em̄ rex ladislaꝰ ac fausta ⁊ felici fruit̃ sospitate. Scitus puer atq̃ formosus. Is est i noua ciuitate vicinꝰ hūgarie adiriq̃ ab hoibus pōt q̃ eius visendi sūt cupidi. Spes ⁊ nr̃a ⁊ oim est añcessoꝝ suoꝝ: virtutes in hoc puero reuicturas. Que oia tue. B. recensemꝰ: ne ꝑ sinistras suggestiones aliquid ex curia tua valeat extorqueri: qd̾ huic patrueli nostro possit eē nociuū vtq̃ puerū istū omnibꝰ imperij principibꝰ sanguine iūctū aplice sedis fauore tua sanctitas ꝓsequat̃. Sit igit̃ hic rex pupillus in tuo cōspectu recōmēdatus. sit añ oculos tue mētis sua generositas sua etas sua puritas: suoꝝ memoria ṗdecessoꝝ ⁊ huiꝰ iusticiā ex qua nō inanis ⁊ ficta. s3 vera ⁊ ampla vtilitas aplice sedi redundare pōt. amplecti atq̃ tueri velis. Datū vienne.

Epistola. cxix.

Consolat̃ merens sup morte amici.

Moderati ac ꝯstabilis ingenij viro nicolao de vlm. insignis ciuitatis esselingensis secretario. Eneas eps̄ seneñ. S. p. d. Ludouicus imꝑialis cācellarie notariꝰ homo frugi ⁊ nr̃i amās tuas ad me lr̃as attulit quas michaeli de pfullendorff imꝑiali ꝓthonotario dū viueret olim scripseras. Ex his redijt in memoriā obitus amicissimi hoīs qui me admodū turbauit. Quis em̄ naturale ⁊ cōe sit omnibꝰ mori neq̃ vitari necessitas mortis queat. humanū tñ est dolere ⁊ cōtristari amicos ex amicoꝝ morte: fateor imbecillitatē meā cū michaelis mētionē in tuis lr̃is reperi. nō potui nō affici merore charissimi ⁊ dulcissimi amici: dum me ↄsuetudine priuatū eē meminerā. Cōsulor tñ meipm̄ q̄n vt xp̄ianū decet obisse illū scio. Nihil est qd̾ illi morienti defuerit ab eccl̾ia requisitū. Uixit cū virtute mortuus est cū pietate. Nusq̃ mala mors inuenit̃ vbi bona vita ṗcessit. Illud et̄ ad felicitatē sibi: ⁊ mihi ad cōsolationē cedit: q2 in ecclesia mea senensi sepultus ē. Cuiꝰ manibꝰ quotānis parentari curabo. Faxit deus cum illo apud xp̄m saluatorē in ꝓmissa patria reperiamur: vbi vere sunt opes: veraq̃ gaudia. Hic in terris nihil est solidū nihil perpetuo bonū: oia senescūt: oia occidūt. Michael noster vt mihi ꝑsuadeo illuc reuersus est vnde venit: magnūq̃ illū diem letus prestolat̃: in quo surgentibꝰ omnibus corpus suū ex puluere tollat. ⁊ gloria vestiat immortali: hec me scribere epl̾a tua coegit. In qua nec grauitas deest neq̃ ornatus deserat̃ Sed vidi etiā picturam tuā qua diuum michaelem expressisti. Due in te res elucent eloquētia ⁊ pictura. Sed hac magis in qua vel appelli vel zeusi potes equari In altera si ꝑseuerabis gregē exibis ⁊ ad singulares venies. Amāt em̄ se artes he adinuicē. Ingeniū pictura expetit. Ingeniū eloquētia cupit nō vulgare sed altū ⁊ sūmū: Mirabile dictu ē dū viguit eloquētia viguit pictura sicut demoscenis ⁊ ciceronis tp̄a docēt. Postq̃ cecidit facundia iacuit ⁊ pictura. Cū illa reuixit hec q̃3 caput extulit. Uidemꝰ picturas ducētoꝝ ānoꝝ nulla ꝓrsus arte politas. Scripta illiꝰ etatis rudia sunt inepta incōpta. Post petrarchā emerserūt lr̃e. Post iotū surrexere pictorū manꝰ vtrāq̃ ad sūmā iā videmꝰ artē ꝑuenisse. Laudo te q̄ in pictura sūmū: eloquētia mediocrē h3. Et hortor vt qualis es pictor talē te velis oratorē ꝑstare vt dicendi facultas que olim apud alamanos nō vtilis fuit postea in exiliū acta est te duce priorē locū vēdicet. Deniq̃ q2 meā videris amicitiā petere cōcedo petenti libēter: qd̾ recusanti vltro obtulissem in eo iā tecū his lr̃is amicitie fedus: meq̃ nō vulgarē amicū do tibi vt me posthac ex arbitrio vtare. Sciēs q2 nō minus amaberis q̄ amabis. Uale ex noua ciuitate. Anno ⁊c.

Epistola. cxx.

Oratoria ars ex grecis in italos ⁊ modo ex italis in alamanos theutunosq̃ venit.

Neas eps̄ tergestinus iuriscōsultissimo viro dn̄o gregorio bainburgensi. S.p.d. Cicero cū adhuc iuuenis apud grecos mirificā orationē habuiss; admirabant̄ q̄ aderāt oēs: mirisq; laudib⁹ nomini oratorē efferebāt. Senex aūt quidā amātissim⁹ patrie, int̄ oim̄ leticiā atq; tripudiū solus flebat. mirati circūstātes. Quid est inquiūt qđ te letantib⁹ ceteris merore ꝯficit. Tū ille oēs inquit grecoꝝ artes in latinū migrarūt. vnica nobis ⁊ familiaris ⁊ charissima remāserat eloquētia. Sed hāc etiā cicero nobis aufert atq; in italiā secū ducit nūquid iusta est cā lacrimarū. Sic mihi hodie de te visum est cū in regia de studijs que vocāt humanitat̄ dissertares. Nā ⁊ legistā ⁊ theutonē supabas ⁊ italicā redolebas oratoriāq; facundiā. S; qđ fuit merori greco: mihi leticiā p̄buit. Neq; em̄ si theutonia l̄ris claret: que illas tradit italia: min⁹ h; l̄raꝝ. Sūt sciētie sicut ⁊ lumina qui de suo lumine lumē accēdit: sed sibi retinet lucē ⁊ accipienti tenebras aufert. Inueni apud sanctū gallū qđ sueuoꝝ est opidū in veteri monasterio bibliothecā ꝑuetustā vbi ⁊ libros reperi ornatissime cōscriptos: quoꝝ autores fuerūt theutones mirabar. Cur hodie nihil eloquētie his in regionib⁹ eluceret. Sed venit i mētē apud italos q̄; tp̄s fuisse q̄ sepulta dicēdi facultate barbaroꝝ iusticia dn̄abat̄. Ante centū ferme annos ⁊ antea tricentis q̄dringentisq; nō inuenies q̄ ꝑ italiā sermonē habuerit tersū ⁊ lucidū. Sic pingēdi sculpēdiq; accidit arti. Si ducētorū tricētoꝝq; annoꝝ aut sculpturas intueberis aut picturas inuenies nō hoiem s; mōstroꝝ portētoꝝq; facies. Priscis v̄o seculis appellē atq; zeusim: pollicretū: phidiā: ⁊ praxitelē: magnos fuisse cōperim⁹. Et de statuarijs quidē ipsi videm⁹: ⁊ virgilio fidē habem⁹ du; ait. Credo eq̄dē viuos faciēt de marmore vult⁹. De pictorib⁹ v̄o testimonia sunt clarissimoꝝ viroꝝ q̄ ꝓfecto minime tātis eos p̄conijs extulissent si picturā nō aspexissent sculpture vel silem vel illa pulcriorē. S; ecce iā reuixerūt sculpēdi pingendiq; disciplīne. Reuixit etiā eloquētia ⁊ n̄ro q̄dē seculo apud italos maxie floret. Spero idē in theutonia futurū. Si tu tuiq; siles continuare ⁊ amplecti totis conatib⁹ oratoriā decreueritis. Accepi apud nurēbergā plebanū sci sebaldi virū greuē tua ꝑmotū suasione: multis lucubrationib⁹ hystoriā atq; rethoricā ꝑseq̄. Diligo ego vos ambos q̄ patriā morib⁹ ornātes etiā litteris munire studetis. Ceterūq; de nilo fuit hodie nobis sermo: nō video quo pacto ex paradisi mōti ꝓgredi possit. Paradisū nāq; terrestrē quā delitiarū vocāt in oriēte positā volūt. atq; ex ipsa eufraten fluere: que; scriptura tigrim appellat: q̄uis ⁊ tigris ali⁹ in armenie regiōe caput tollat. q̄ solino teste eufratē fluuiū in ꝑsicū defert sinū. Nilus v̄o a mōte inferioris mauritanie q̄ occeano ꝓpinquat originē h;. Sic affirmare ferunt̄ punici libri ⁊ iube regis scripta. Si solino credim⁹ ⁊ hic nūc latēs nūc apparēs diuersis argumētis dep̄hendit̄ is esse qui irrigat egyptū ⁊ termin⁹ est affrice atq; asie. Licet lucano hui⁹ origo fluminis incognita videat̄ dū ait. Egēs si qua iacet nascenti ꝯscia nilo. Vale ⁊ qđ verbis fieri debuisset scriptis accipe. Ex noua ciuitate pridie kl's februarij.

Grates refert de multis beneficijs specialiter de equo veloci ꝓpinato.

Epistola.cxxi.

Plēdido ⁊ magnifico viro dn̄o caspari schlick impiali cancellario Eneas eps̄ tergestin⁹. S.p.d. Cogor sequi regem quocūq; ierit du; me poscit. Si manū retrahit lōge fugiendū est. Ago tibi gr̄as idoneū qui fuge equū ministrasti. Tua sūt innumerabilia in me beneficia. Expectare vicē ex me nō debes q̄ vix possem numerare quot me beneficijs cumulasti. bn̄ficia aū p̄miata sūt q̄; exhibita. In aīo quisq; suo benefactor p̄miū tulit. Quecūq; possidemus viuentes: heres nobis morientib⁹ vel inuitis aufert: sola fugiūt heredis man⁹ auariq; amico dispensant̄ aīo. Reclusos in archa thezauros fures expilāt: predia latronib⁹ patēt. Nihil tā rigide seruari pōt qđ fortune nō subiaceat. Extra fortunā ē q̄cq̄d donat̄ amicis. quas dederis solas sp̄ habebis opes. Sic marcialis ait. Tua munificētia digna est laudū p̄conijs sempiternis. Ignorāt te tp̄a n̄ra. Sic ē inuidia:

viuētes vrit: calcat: exterminat. Rari viuentes laudati sūt. Recte noster oratius
virtutē incolumē odim⁹ sublatā ex oculis querim⁹ inuidi. Sed viue tu diu inui-
tis emulis: laudabere viuēs. Et si tacuerint alij: nr̄a loquax nō tacebit musa. In-
uidia cessabūt fata. Nō sp̄ glacies geticis horret in agris. Nec sp̄ mare vexant in-
equales ꝓcelle. Iā diffugere niues: iā cāpis gramina redeūt ꝛ arborib⁹ come cre-
scūt: mutāt oīa vices que sub luna sūt. Nec felicia nec aduersa sūt imortalia: p̄ui
ne succedit ver. Pomifer estatē sequit̄ autūnus. Ouis beat⁹ es teipso ꝛ tua v̄tu
te cōtētus: speram⁹ tn̄ beatiorē te cernere: soli ꝛ stellis acceptiorē. Vincet inuidiā
virtus. ꝑpauci immo nulli sunt tui similes. Inhonoratā esse oportet curiā nisi tu
quoqꝫ honoreris. Mittimus ista modo laurenti⁹ meus ex tergesto reuersus. Ait
se in foro iulij rumorē excepisse. Iā mediolani potitū esse franciscū fortiani. Ve-
netijs esse oratores galliarū ꝛ magni p̄sbri legatos. In regē aragonū cudit̄ faba.
Post laurentium alius venit ab italia qui mediolani nouitatē cōfirmat. Nescio
credere priusq̄ nr̄os audio nuncios. Timeo tn̄ ꝛ dari nr̄is verba. Comiti facta su
spicor. Sic sūt hoīm ingenia, ꝓpinquiorib⁹ fauent p̄ntia p̄icula formidant̄. Auxilia
lōginqua parū habēt spei. Rex nr̄ hinc abiturus cras existimat̄: nouāqꝫ ciuitatē
repetiturus: ꝛ inde post triduū ingressurus stiriā. faustū sit illi p̄corite. Cōmēdo
rē meā vr̄e magnificētie: tuisqꝫ me p̄sidijs fauoribusqꝫ ꝯmitto. Fuit hic magister
hubarū ne dicā nugarū: verba secū nulla feci: nec ipse mihi mutuꝫ annuit. Noui
nihil actū esse sic silentiū indicauit. Vale optime. Certūqꝫ me tuarū reddito ope-
rarū. Ex balneis austrie. xv. kl's marcij. Anno ꝛc.

Epistola. cxxij.

Assentit p̄cib⁹ ꝛ spōdet efficere rogatū.

Illustrissimo p̄ncipi dn̄o sigismūdo duci austrie dn̄o suo Eneas silui⁹ poe-
ta. S. p. d. Efflagitasti modeste a me pridie tibi vt amatoriā alicuius ep̄laꝫ
mitterē: qua suadere posses virgini quā diligis vt amare te sineret. Alius
fortasse tibi hoc negasset timens ne ꝓlabereris. Ego annuēdū duxi. Scio nāqꝫ
humane vite cōditionē: Nam qui nō amat in adolescentia in senio postmodum
amat quo tp̄e derisui est ꝛ vulgi fit fabula: quoniā etas illa amori inepta est. No
sco p̄terea amoris cōsuetudinē qui in iuuene torpētes v̄tutes excitat. Hunc in ar-
mis exercet illū in lr̄is. Et studet q̄sqꝫ id agere ꝓpter qd̄ amice placeat. Et q: v̄tu-
tes nomē bonū faciūt: virtute dat operā q̄ amat: vt ante puelle facieꝫ laudet̄. Et
quāq̄ hoc ineptū virtutis p̄miū sit. ꝓbabile tn̄ est quacūqꝫ rōne virtutes adipi-
scaris. Adolescentes insup̄ nō sūt nimiū cohibendi ne languidi ꝛ inertes fiant: ꝑ-
mittendusqꝫ his est aliquis ludus: indulgendū est aliquātisper voluptati eoꝝ vt
animū ꝛ cor sumant vt sciāt bonū ꝛ malū. vt versucias mūdi noscant: illasqꝫ cum
viri facti fuerint euitare sciant. Hac de cā gessi morē volūtati tue ꝛ optatā ep̄lam
hac ꝯditione tibi trāsmitto: vt amās nō negligas studia lr̄arū. Sed quēadmodū
apes ex florib⁹ mella decerpūt: sic tu ex amoris blandicijs virtutē veneris. Vale

Epistola. cxxiij.

Epistola plus audet viue vocis oraculo
referre mētis cōceptū de pulchra puella.

Anibal dux numidie. S. p. d. ꝛ seip̄m dat singulari dn̄e sue insigni ꝛ formo
sissime virgini lucretie regis epirotharū filie. Volui te sepi⁹ alloqui amo-
rēqꝫ meū tibi notū efficere: sed etas mea nimis adhuc verecūda est. q̄ non
patit̄ qd̄ intra me sentio foras exirē q̄ primū incipio loqui mox rubor adest: timor
impedit ꝛ medijs vox in faucib⁹ heret: nec cogitata possū effari. Timeo modestiā
tuā ne me arguat. Vereor astātes ne me derideāt. Horresco meipꝫ ne balbuciēs
fiā. Hac de re qd̄ statuerā dicere decreui lr̄is cōmittere. Quia ep̄la non erubescit:
nō suspirat nō timet quēq̄. Forsitan arduū aliquid ꝛ ꝑdifficile postulaturum me
putas: parū est qd̄ volo hoc si mihi cōcesseris multū existimabo. Ego eñ mode-
stissima virgo fateor me tui amantē esse captūqꝫ tui vultus splendore: nec aliud

die noctuq́ȝ cogito q̄ȝ te: tu mihi semp̄ es in mente: te i corde ⁊ in aīo gero: tu meū desideriū es: tu spes mea. tu quies: tu refugiū. Cū te video q̄escit anim⁹ me⁹ ⁊ se oblectat: at cū abes nec te cernere possiȝ: magnis vrgeor stimulis. nec aliud meditor nisi vt q̄ȝ p̄mū te reuisaȝ: hoc multiplici cā factū est. Nā ⁊ forma ⁊ honestas in te cōcurrūt. Laudāt helenā poete. At ego illā nō existimo tibi fuisse silem. Nec polixenā tibi cōparauerim. aut eā quā dilexit: hercules deianirā: tu oēs vincis ⁊ pulchritudine ⁊ morib⁹ q̄i altera philomena. A calce vsq́ȝ ad verticē nulla est i te mēda. Crines tui splēdorē auri sup̄ant. Frōs alta ⁊ spaciosa est. Sup̄cilia in arcū tensa debit̄ spacijs distinguūt̄. Oculi tui tāq̄ȝ duo emicāt sydera. inde sagittas emittis et vulneras iuuenes: hinc q̄s vis occidis ⁊ quos vis viuificas. Nasus suis cōueniēs partib⁹ faciē mirifice honestat. Genas cādore niuio respersas modest⁹ rubor intersecat. Quid labia corallina ⁊ cristallinas referā dentes ⁊ oēs oris tui partes vnde melliflua manāt verba: hinc risus ille ꝓgredit̄ q̄ me sepe ad intima penetrat. O virū felicē. q̄ labia illa mordebit: qui tales osculabit̄ genas q̄ mētū tuū ⁊ cādidiorē sithica niue gulā tuā poterit tāgere. Nolo pectoris tui ⁊ illoꝝ pomorū q̄ ibi latēt mētionē efficere: ne referēs nimis ardeaȝ. Tu te scis q̄ȝ intra ⁊ extra formosa es. Ego mirari magis q̄ȝ digne cōmēdare te possiȝ. Hoc tñ q̄r mores tui regio fastigio digni. ⁊ forma plus q̄ȝ dici possit honesta: ex duce me seruū tuū fecerūt. Tu⁹ em̄ sum nihilq́ȝ magis cupio q̄ȝ rē gratā tibi efficere. Nec miror. Nam ⁊ pheb⁹ (vt inquiūt fabule) lȝ esset iouis regis crete (quē vetustas ꝓ deo coluit) fili⁹. Admeti tñ regis filiā amās. pastorē se fecit ⁊ gregē pauit. Ego igit̄ libēs seruio tibi: nec aliud a te postulo: nisi vt amare me sinas: ⁊ aīo equo feras. si mei dicaris amatu. hoc est q̄d volo peto exigo nil postulo plus. Fer tu⁹ vt amator dicar. Nā ⁊ amator ero ⁊ seru⁹ tu mō annuas. Cōfitere dignā te fore: quā meliores ⁊ maiores q̄ȝ ego sum amēt. Esset vix paris aut ypolitus dign⁹ amore tuo. Tu tñ noli q̄rere formam. Nam ⁊ qui pulchri sunt sup̄bi etiā sunt: nec stabilē hn̄t amorē. In me erit amor perpetuus: q̄ natus in adolescentie mee flore cū etate crescēs ad seniū p̄ducet̄ dūmodo tu mihi faueas ⁊ me adiuues quē tñ nō debes despicere. Nā ⁊ mihi nō negauit deus mediocrē formaȝ. Sunt mihi p̄terea opes multe que oēs erūt tue si vicē amoris rependeris. Ach quid dixi nimiuȝ erraui. nō vt amas peto sed vt amare sinas: hoc si tua ex gratia impetrauero beatus sum. Tu q̄d factura sis rescribe. Et vale animala mea delicie mee corculū meū.

Redarguit cōsanguineū auxiliū a se petentē.

Epistola. cxxiiij.

Entzeslaus regie cancellarie scriba. S. p. d. Johanni de buchau fratri charissimo. Pulsas me crebris lr̄is vt hospiti tuo panē soluā quem comedisti quasi tuus cibus mea pinguedo sit: At ego non inebrior vino quod bibis nec me tua pulmentaria iuuant. Tu da pecuniā quia cōsūpsisti cibaria. Ego meū aurū cur dem. quia vix tantū scribēdo acquiro quātū sufficit. Thagus hispaniaȝ p̄terfluit: pactolus asiā: qui duo fluuij harenas dicuntur aureas habere: huc tibi eundū est si aurū petis. Cācellaria regia inops est vixq́ȝ suos ascripticios nutrit Ego plus tibi feci q̄ȝ deberē: quia vestē quā emeram nouam dedi vt te ab hospite quasi captiuū redimerē. Martinus quem pannonia genuit: italia nutriuit gallia pastorē habuit. ⁊ omnis xp̄iana venerat̄ religio. nudo pauperi mediū paludemētū prebuit. Ego solidā dedi pallam. Nūc quereris nō satis esse hāc: quid ad me tu videris. Quod potui hoc feci nisi sufficit: querere aliunde quod sufficiat. Vir maturus es etate longeuus: nō tibi honori est alienū subsidiū q̄rere cū possis ex tuo officio viuere quod si tenue est quid ad me. Proxim⁹ sum egomet mihi: ego mihi ꝓuidebo nō curo quid hospes dicat. Vestē sibi nō me dedi: vtat̄ vt libet si satis ē habeat quod suum est. Si minus in te actio est. Me satis est vestem amisisse. Nihil ad me vxoris Job verba nihil maledictio. Nemo leditur nisi a seipso. Cupiat mihi mala quicunq́ȝ vult nisi opera faciam malo digna: inanuȝ maledicitur

mihi. Ego te rogo ⁊ alios oēs mei sanguinis homines. me vt iam missuȝ faciatis: quia non sum in spem natus omnibus qui vix mihi sum satis. Viuite vos vt po-testis ⁊ me nūq̄ȝ fuisse natū credite. Cogitate oēs quō lucrifacere aiam possitis. Id q̄ȝ id curabo. Reliqua vana caduca nulla sunt. Hodie sumꝰ cras nō erimus. Ideo edificemus illic vbi neqȝ tinea neqȝ erugo est vbi nec fur nocet neqȝ latro. Illuc meus fert̄ cogitatus. Illic vt me queras volo ⁊ vtinā inuenias. De libris aliisq̄ȝ rebus tuis fac qđ iusti est. ⁊ aliq̄n cogita sine me posse viuere. qui possum ⁊ statim mori ⁊ multū viuere: s; oia in manu dei sunt: ideo illi seruiendū est. Tu va-le ⁊ desine me amplius lacescere iniuriis. Datū wienne.

Captat beniuolentiā ⁊ petit sibi aliquos libros accōmodari.

Epistola. cxxv.

Eneas siluiꝰ poeta imperialisq̄ȝ secretariꝰ. Magnifico ⁊ generoso dn̄o dn̄o henrico comiti de lupfen dn̄o suo. S. p. d. In scriptis veterū tria inuenio q̄ nostri partim negligūt. partim assequi nō valent. Elegantiā eñ ⁊ grauita-tē sniaꝝ q̄bꝰ vetusti codices redolēt. nequeūt nr̄i seculi hoies imitari. qđ vsitatissi-mū euo priori fuit. Allocutiones singulares enūciare: ⁊ si in eplaꝝ capite ponere possent nr̄i. S; supina q̄dā ignorātia decepti. Dū blādiri volūt. oēȝ orōnis textū ꝯfundūt. Vos p̄cor inquiūt: vobis supplico cesar vr̄am maiestatē appello. vestruȝ officiū imploro vr̄am clementiā obtestor. reddite iudiciū inopi iudicate potentē meā calamitatē inspicite: nemo vos magis q̄ȝ iusticia mouet cesar. Et in hūc mo-dū infinita. Hoc ⁊ mihi facere liceret: s; veterē morē magis cōmendo. Et cū sum-mos illos imitari sapiētes in eloquētie atqȝ philosophie studiis nequeā. In hac certe p̄te ipsoꝝ vestigiis inherebo. Idō te q̄uis claro sanguine cretꝰ ⁊ mlta doctri-na sis fretus singulari appellatiōe saluto. Et sicut iulio cesari scribēs cicero se ante ponebat: sic ⁊ tu eq̄ aio feres eneā tuū i p̄o p̄mo eple angulo intueri q2 nō arrogā-tis ē s; veteres imitantꝭ: quoꝝ ignorātiā modernoꝝ scie p̄fero. Nūc q̄d ex te veliȝ paucis accipe. Retulit mihi vir mitis ⁊ mihi amicissimꝰ: imo alter ego. Michael de phullendorff notariꝰ imperialis te pluribꝰ libris abūdare. quoꝝ noia etiā mihi p̄-scripsit. Int̄ illos nōnulli sūt q̄s visere cupio nō q2 antea nō p̄legeriȝ: s; q2 diu illis carui. Et sicut amicus post magnā t̄pis intercapedinē auidus ē amici vidēdi: sic mihi cupiditas ē cōtubernales illos meos q̄bus nimiū priuatus fui: in domū reci-pe ⁊ p aliquod tēpus esse cū eis. Hoc pōt mihi p̄stare humanitas tua vt me mi-chael instruxit. Est eñ apud te ouidius de tristibꝰ de arte amādi ⁊ amoris reme-dio. Terentiꝰ q̄ȝ comicus ⁊ hieronymꝰ in eplis q̄s tā expeto relegere q̄ȝ nūc pasca-lē adesse diē. vt piscibꝰ atqȝ olcribꝰ ⁊ oleo semotis: vesci carnibꝰ possim qđ deside-riū si tua benignitas impleret: magno me tibi nexu retinebis obnoxiū. Erubesco dū sic scribo. Nāq̄ȝ cū nulla int̄ nos vsura p̄cesserit nullaqȝ notio: temerariū quo-dāmodo videt̄ me bn̄ficiū ex te petere. Quisq̄s eñ poscere aliq̄d cupit: añ oia se-se dȝ metiri ⁊ an impetratu sit dignꝰ rigida trutinare censura: ne postulatis carēs ⁊ dāno ⁊ irrisiōe mulctet̄. S; neqȝ ego hoc p̄termisi. Sūt eñ nōnulle rōnes que mihi spem faciūt te meis votis annuiturū: quas breuit̄ tibi exponā ne me temere atqȝ incōsulte motū iudices. Oēs q̄ libros cumulāt aut oblectari illis ⁊ fieri legē-do peritiores cupiūt. Aut videre amatores sapiētie volūt vt trāseūtes p viā digi-tulis mōstrent̄. Hi sunt q̄ magnas ⁊ p̄ciosas hn̄t bibliothecas. In quoꝝ plateis arestoteles: plato: cicero: seneca. virgilius: liuiꝰ: ⁊ ois vetustas delitescit. Priores quidē vt gaudiū p̄fectū habeant: opuscula cōmunicant: cōmodāt: ⁊ incōmoda-tū recipiunt: transcribi permittunt. ⁊ tantomagis exultant quāto vulgaciora sa-pientū viroꝝ volumina cōspicant̄. Alii vero tanq̄ȝ thesaurum libros recondunt ⁊ corrodi potius tinea ⁊ opiȝis muribꝰ ferunt q̄ȝ in apertū dari velint. Nec tā dili-gent̄ vellus aureū draco custodiebat. aut aditū orci cerberus q̄ȝ isti suos libros: quoꝝ dūtaxat marginibꝰ ⁊ aureis oblectant̄: nūq̄ȝ q̄d interiꝰ sit aut legentes aut intelligētes. Qz si tu ex his eēs nūq̄ȝ vel tibi scribere vel te alloq̄ tēptassem. Sed

aiũt oẽs q̃ te norũt: similẽ priorib⁹ esse q̃ poetas ⁊ oratores nõ vt in tetro carcere
claudas. sed vt ad tuã ⁊ cõem vtilitatẽ publicẽs emere cõgregareq́ȝ studeas. Aiũt
preterea te fore in oib⁹ reb⁹ liberalẽ: benignũ: munificũ: ⁊ tuȝ in oẽs hoies. tum in
eos qui tuoꝝ studioꝝ amatores sũt largũ atq́ȝ beneficũ. His ergo allect⁹ morib⁹
decreui has meas lr̃as ad te dare teq́ȝ hortari rogare obsecrariq́ȝ: vt ꝑ aliq̃d tem
pus in vsum meũ oratores ⁊ poetas quos ꝯscripsi venire ꝑmittas: qm̃ ad te nihi
lo peiores reuertent̃: sed poti⁹ ꝑ ridẽtia prata ⁊ floridos agros verni tp̃e trãseun
tes mecũ postq́ȝ cõfabulati aliquãtisꝑ fuerit: tãq́ȝ recreati alacriores te reperent.
Quia nullus est tã gratus loc⁹: nulla societas tã iocũda: cui⁹ nõ aliqñ emergat sa-
tietas. Missos igit̃ illos fac vt nõ solũ mihi sed vt ipsis etiã geras morẽ. Ad hec
accedit michaelis q̃ apud te est familiaritas: huic etiã placebis. Et is vadẽ cum
dño wilhelmo racȝ ꝓthonotario regio ⁊ tui obseruãtissimo se dabit. libros non
iturus eẽ sinistrorsuȝ: ſ ad te pura fide remeaturos. Addo ⁊ terciũ qm̃ mihi etiaȝ
libri sũt quoꝝ te potero cũ voles participẽ facẽ: ⁊ sic vicissim tu meis veteris opu-
sculis ⁊ ego ꝑfruar tuis. Vt ergo finẽ ep̃le donem. Credo me nõ eẽ stulta petitio
ne vsuȝ. si id postulo qđ morib⁹ tuis ẽ ꝯsentaneũ cõcedere. Si tute mihi potes an
nuere: si tua etiã in eo versat̃ vtilitas: si nõ solũ meã sȝ etiã michaelis amãtissimi
tui cõmoditatẽ ꝓmoueo. Tu fac vt rõne poti⁹ obtineã q̃ȝ ceca fortuna repellar:
mihiq́ȝ vti mãcipio impera. Datum in noua ciuitate austrie quinto idus aprilis.
Anno. M.ccccxl.

Epistola. cxxvj.

Heraldoꝝ nomẽ ⁊ officiũ vnde exortũ sit.

Meas dei gr̃a ep̃s seneñ. dño iohãni hinderbach secretario regio ⁊ aman
tissimo fratri. S. p. d. Querere multi solẽt vnde sit heraldoꝝ nomẽ exortũ
Quis heraldos primos instituit: ⁊ q̃d officiũ gen⁹ hoc hoim̃ int̃ mortales
habeat. Que res mihi q̃ȝ aliqñ fuerũt dubie. Sed cupiẽti plurima nosse vt est hu
manũ ingeniũ. q̃rentiq́ȝ certior fieri. apud angliã que olim britania dicebat̃. in sa
crario nobilis edis sancti pauli lundonieñ. vet⁹ hystoria in man⁹ venit. añ annos
sexcẽtos vt signatũ erat ꝯscripta q̃ si vera est ⁊ mee põt ⁊ alioꝝ satisfacere cupidi
tati. In ea q̃d inuenerim tibi scribere decreui vt acri tuo iudicio cũ viro ꝓmario ⁊
doctissimo dño vlrico de mõte solis q̃d tenẽdũ sit censeas mihiq́ȝ rescribas. Au-
tor hystorie tuthides grec⁹ annotat⁹ erat: quẽ fama celebrẽ claꝝq́ȝ nouim⁹: trãsla
toris nomẽ nullũ inueni. Cõstat tñ peritũ fuisse q̃ magnũ illũ ⁊ facũdissimũ auto
rẽ latine lingue nõ minorẽ q̃ȝ grec⁹ ẽ reddidit. Nõ teneo v̾ba hystorie vt erãt ꝯte-
xta. Snĩe memini ĩ ea ad hũc fere tenorẽ scriptũ erat. Heraldi sũt q̃ apđ maiores
nr̃os heroes vocitabant̃: q̃s maiores hoib⁹: dijs minores fuisse tradũt. Nã que
pristi reb⁹ gestis insignẽ videbãt gratũ populis virtute sublimẽ in deoꝝ cetu colli
gebãt. Si mõ miracula extabãt quib⁹ eũ supra naturã aliquid oꝑatũ fuisse ꝯsta-
ret. At si miraculi nihil erat v̾tus tñ admirabilis videbat̃: hũc neq́ȝ deũ neq́ȝ ho-
minẽ ꝯpellare phas putabãt. ſ mediũ int̃ vtrũq́ȝ sortiti vocabulũ heroem voca
bãt q̃i semideũ: sic heroes introducti a q̃b⁹ corrupto vocabulo heraldi sũt appella
ti. Illos aũt instituit ꝓm⁹ oim̃ dyonisi⁹ q̃ etiã prim⁹ armat⁹ ⁊ cũ exercitu inuasit in-
diã ac rudes illos ⁊ agrestes hoies corticib⁹ arboꝝ ⁊ crudis ferarũ carnib⁹ vtẽtes
ĩ vrbes legit: boues aratro iungere: frumẽta serere: deos colere: nutrire comã: mi
trã ferre: ⁊ vnctiones docuit vngẽtoꝝ. Fuitq́ȝ his dator vini sicut ⁊ grecis: arma
uit eos armis marcialib⁹ ⁊ ad vsum vite cultioris erexit. Quib⁹ cõpositis cũ vellet
abire atq́ȝ alias lustrare regiões fuer̃t cõplures ĩ ei⁹ comitatu q̃ iã senio ꝯfecti ⁊ as
siduis attriti laborib⁹ neq́ȝ remanẽ volebãt sine rege neq́ȝ seq̃ ducẽ volebãt. Reces
sũq́ȝ ꝓncipẽ lacrimis ⁊ fletib⁹ obsecrabãt vt sui misereret. Ad q̃s liber pr. ponite
curas inquit cõmilitones fr̃esq́ȝ mei diu pugnastis diu me secuti estis. ego alia ex
alijs ĩ fata vocor: vobis iã parata q̃es ẽ ⁊ hic p̃mia laboris vos manẽt. Sistite h
⁊ vrbẽ hãc terrã quã vr̃i mihi lacerti q̃siuerunt possidete. Ego vos hodie militie
laborib⁹ absoluo. veteranos milites eẽ volo heroasq́ȝ vocari. Mun⁹ vr̃m erit re-

publice ꝯsulere sontes arguere: laudare ꝓbos: ceterꝭ mu̅erib⁹ vacabitis: ꝗcu̅qꝫ
gētiu̅ terraꝝqꝫ veneritꝭ. victu̅ vobis reges vestitu̅qꝫ dabu̅t: honoratiores apd̓ oēs
eritꝭ. Xenia vobis ꝑncipes offerēt. suasqꝫ vestes ꝯdonabu̅t. Stabit fides dicto ve
stro: mēdatia horrebitꝭ: ꝓditores indicabitꝭ. ꝗ fecias male hn̄t hos infames asseue
rabitꝭ. In oī terra libertas vobis esto: securusqꝫ vob̓ trāsit⁹ ⁊ icolat⁹. Si ꝗs vos
vr̄mqꝫ ꝟbo factiōe angariauerit quēpiā gladio ferieṫ. Ceteru̅ ex amicis meis ha
chosissimu̅. Spartebā vobis regē indisqꝫ ꝯstituo. ꝗ vobis alimēta ꝓbeat ⁊ ānuas
stipes. Qui custodiat ꝑuilegia v̄ra: ⁊ honoratos vos hēat ex grege v̄ro ad regni
fastigiu̅ euocat⁹: vos illi ꝯsulite ⁊ posterꝭ. Cui⁹ si gen⁹ defuerit ex vobis v̄ru̅sqꝫ liberꝭ
reges indoꝝ finito. Atqꝫ sic adhortat⁹ heroas dyonisius ex india duxit exercitu̅
Spartēbas au̅t regnauit sup̱ indos ꝗnqꝫginta ⁊ duos ānos. Budāqꝫ filiu̅ succes-
sorē reliqt ꝗ cu̅ regnasset annos viginti instituto filio cradena vitā finiuit. Ac p⁹
eu̅ ꝑ duodeciꝫ gn̄ationes herou̅ soboles vsqꝫ ad herculē regn̄uit i india. Hercules
au̅t cu̅ domitꝭ terraꝝ mōstris ac seuicia tyrānoꝝ deleta penetrasset. Indiā regnu̅
herou̅ i se recepit. Priuilegia tn̄ his non ademit: ſ auxit eoꝝ numeꝝ ꝯscriptis inṫ
eos ꝗ secu̅ ab hispania ⁊ mauritania militauerāt: ⁊ ꝯ gerionē triplicis aīe ⁊ anteu̅
terre filiu̅ arma tulerāt lōgis itinerib⁹ ⁊ senecta etate defu̅ctis. Sꝫ cu̅ venisset ad
mortē multosqꝫ filios hr̄et. (Multis em̄ mulierib⁹ m̄rimonio iu̅ct⁹ fuit) vnicam
au̅t filiā sustulisset pandeā noīe huic regnu̅ ꝯmisit. Et vt ondēderet heroas ꝗnti fa-
ceret p̄ ceterꝭ liberis. vnu̅ ex nu̅ero herou̅ noīe iobarē viꝝ filie dedit. ꝗ regē gereret
ꝗngētosqꝫ huic elephātes ꝗtuor milia eꝗtu̅ ⁊ centu̅ trigīta milia peditu̅ ꝯstituit ꝗ
bus regnu̅ tuereṫ. Ex ħ nat⁹ ē polimbotras a ꝗ dicta est vrbs maxia polimbotra.
Cui⁹ posterioritas vsqꝫ ad alexādru̅ magnu̅ ꝑ cētu̅ ⁊ trigītaocto reges idiā gubna
uit. Ex ꝗb⁹ ort⁹ ē porr⁹: cui⁹ ꝟtutē mirat⁹ ē alexander atqꝫ adeo dilexit vt victor vi
cto regnu̅ dignitatēqꝫ restituerit. Tu̅ ꝗꝫ alexander ex suis militib⁹ heroas legit se
nes ꝗngētos. lōga ⁊ laboriosa nimis militia ꝯtritos. ꝗs porro cōmēdauit. ꝗbus
singulis annis i singula capita vigīti argēti talēta daret: adiecitqꝫ ꝑuilegijs herou̅
vt auro ⁊ purpureis coccineisqꝫ vestib⁹ ⁊ paludamēto vti possent. ꝗn ⁊ arma re-
gia ⁊ insigne deferre ꝗuis gētiu̅ terraꝝqꝫ loco fuerint. Si ꝗs hos manu pulsasset
aut ꝟbo lesisset. cu̅ capitis reu̅ eē bonaqꝫ sua fisco deberi. Sic tuthides vt ille re-
fert ꝗ trāstulit ꝗ silia herodotu̅ ⁊ dicimu̅ ⁊ magastenē ⁊ xenefontē sentire ꝯtēdit.
Additqꝫ demu̅ ex ꝑsona sua auctor ignot⁹. Habem⁹ igr̄ heraldoꝝ nomē idē signi
ficare qd̓ apud veteres herou̅ significabat. Dyonisiu̅qꝫ ꝑmu̅ hoc gen⁹ hoīm apd̓
indos instituisse. Officiu̅ eoꝝ eē vt regib⁹ assistāt vt cōsulāt reipublice vt ꝟtutes
extollāt vicia fulminēt. Nec aliud su̅t ꝗꝫ milites veterani ꝗ post multa egregia fa
cinora multaqꝫ bella mirifice ꝯfecta ⁊ amplissimos triu̅phos exhausti virib⁹ fessiqꝫ
senio a labore militari remittunṫ ⁊ i curiā cōsulturi accersunṫ. Traditu̅ ꝗꝫ apud
maiores ē hmōi hoīes sp̱ honoratos fuisse actu̅ saulis tu̅ da uidis tu̅ salomōis tu̅
ceteroꝝ regu̅ hebreoꝝ latera cōstipasse ꝗn ⁊ inter machabeos hec dignitas lo-
cu̅ obtinuit. Legim⁹ ⁊ iuliu̅ cesarē cu̅ victo pōpeio in egyptu̅ ꝑrexisset hoc noīe ⁊ ħ
honore plerosqꝫ suos ꝯmilitōes donauisse ꝗ secu̅ ⁊ i gallia ⁊ i britania ⁊ i germāia
⁊ i grecia: forti pectore militauerāt. iāqꝫ torpēte senecta lāguebāt. Nec octauian⁹
august⁹ hoc ꝑclarissimu̅ gen⁹ hoīm neglexit: ꝗ supato apud acciu̅ marco anthonio
extincta cleopatra. cu̅ parthoꝝ supbia timore posito veniā postulasset: ablatoqꝫ
marco crasso cu̅ ꝑciosis munerib⁹ signa remisisset: tu̅ reges indoꝝ ad famā tanti
noīs moti vsqꝫ ad hispaniā legatos misissent. ac vltro parere se romano impato
ri obtulissent. Cu̅ submerso cātabro terra mariqꝫ pacē rōan⁹ ppl̓s hr̄et: clausissetqꝫ
denuo iā portas hmōi: ferṫ legē tulisse. Oēs idcirco mortales exercere se solent ⁊
obiectare ꝑiculis ⁊ aliqn̄ pace frui quiete possint. Nec labor est vllus ꝗ ꝑmia non
expectet. Eapropṫ maiores n̄ri militib⁹ ꝗ hn̄ pugnauissent: nō solu̅ stipēdia ꝗbus
se suāqꝫ possent nutrire familiā: ſ honores amplissimos ꝯstituerūt vt coronas: ar
millas: hastas: ⁊ alia ꝟtutis insignia ꝗsi solamē ⁊ ꝑmiu̅ laboris exacti. Silr̄ ⁊ nos
facere decet ꝗ dijs fauētib⁹ ⁊ magna ꝟtute militu̅ rē romanā restituim⁹ ⁊ altā pa-

cē toto reformauim⁹ orbē ne milites q̄ lōgā ⁊ durissima nobiscū bella gegerūt: ac
plurimū sanguinis tū sui tū hostiū effuderūt sine mercede tanti laboris euadant.
Quisq̄ ergo p̄ decenniū nobiscū militaueris. Si mō q̄dragenari⁹ fueris siue pedes si
ue eques stipēdia merueris. militia p⁹ hac ⁊ oī labore vocato heroes esto vetera-
nusq̄ miles. Nemo te ciuitate foro tēplo hospicio domo ꝓhibeat. Nemo tibi cri
mē ascribat. on⁹ imponat. pecuniā ex te q̄rat. Si q̄d peccaueris solā cesaris vindi
ctā expectato. Quicq̄d turpitudinis admiserit hoīes: te iudicē ꝓpalatoreq̄ time-
ant seu p̄uati seu p̄ncipes fuerint. Qđ dixeris affirmaueris q̄z. nemo falsū arguat
Libera ⁊ apta tibi oīa itinera locaq̄ sunto. In edib⁹ p̄ncipantū mēsa tibi potusq̄
esto. Stipēdia q̄b⁹ te tuāq̄ domū serues ex publico quotānis habeto: quā legiti-
ma face duxeris vxor: ceteris feminis p̄ferat. quē exprobaueris infamēq̄ dixeris: hic
reprobat⁹ hō ⁊ infamis esto. Arma insignia noīa ⁊ ornamēta heros ferto q̄ reges
decēt. Que dicere aut facere velis vbiuis gētiū locorꝫ nationūq̄ facito. Si q̄s ti
bi iniuri⁹ fuerit ceruice careto vtq̄ senectuti tue q̄eti⁹ cremonēsiū q̄ ꝯ vos antho
nij ꝑtes fouerūt agros tibi tuiq̄ filijs⁹ viritim diuidēdos assignam⁹. q̄ si pauci fue
rint addim⁹ ⁊ mātuanos vt bona fide ⁊ alta ꝟtute ꝓfuisse te reipublice gaudeas.
Sic octauianū veteranos suos honorasse ꝯfirmāt decreuerat idē pen⁹ hanibal fa
cere nisi fortuna fract⁹ aduersa anthiochi regis ⁊ prussie coact⁹ fuisset. supplex tri-
bunalia petere cōperim⁹. Athilā hunorꝫ regē q̄uis efferatū ⁊ inanem gloriā. filia
suis veteranis p̄uilegia cōtulisse. Neq̄ theoderic⁹ gotthorꝫ maxim⁹ ⁊ audētissim⁹
rex heroas inhonoratos reliquit q̄b⁹ ⁊ ciuitates ⁊ ꝓuincias tributarias fecit. Ca
rolus aūt magnus q̄ p̄mus post grecos apud romanos suscepit imperiū: germa
nus hō ex antiq̄ frācorꝫ ꝓsapia nat⁹ postq̄ saxones sepi⁹ rebellātes multa vi do-
muit: ac feces hunorꝫ lōgobardos ab infestatione romani p̄sulis exterruit. susce-
pto cesaris noīe ⁊ augustus appellat⁹: milites oēs q̄ tāti laboris comites fuerāt: in
hūc modū honore fert ⁊ libertate donasse. Ite inq̄t milites mei vos heroes vo-
cabimini: socij regū ⁊ iudices criminū. Viuite posthac labores expertes: cōsulite re
gib⁹ et publico noī turpia corripite: fauete feminis: iuuate pupillos ꝯsilio circum
date p̄ncipes. ab his victū vestitū stipēdiūq̄ petite. Si q̄s negauerit inglori⁹ in-
famisq̄ esto. Si q̄s iniuriā vob intulerit reū se maiestat̄ agn̄scat. Vos aūt caueritis
ne tātū decus tātūq̄ p̄uilegiū iusto bellorꝫ labore partū aut ebrietat̄: aut scurrilita
tis aut alio quouis vicio maculetis. Ne qđ vobis largimur ad gloriā: redūdet ad
penā quā de vobis sumēdā si forsitā excesseritis nobis ⁊ successorib⁹ nr̄is rōanorꝫ
regib⁹ ꝑpetuo reseruam⁹. Hec sūt q̄ de noīe ⁊ institutiōe heraldorꝫ q̄s heroas fuis
se cōstat apud antiq̄s scripta cōperim⁹. Cur aūt nr̄is dieb⁹ q̄ nūq̄ militarūt ⁊ ab-
iecti q̄dā hoīes hoc nomē assequūt̄. nescio cām nisi q̄r oīa degenerāt: nec ē hoīm
genus qđ stet suis legib⁹. Nā ⁊ indocti doctioris insignia recipiūt: ⁊ q̄ nudū nūq̄
ensem viderūt militiā ꝓfitent̄ nitentq̄ calcaribus aureis atq̄ vt de nr̄a dignita
te dicamus: absq̄ lr̄is absq̄ moribus sermone leues atq̄ vita cathedrā pōtifica
lē audemus ascendere. Quere religiones ꝑcurre mechanicas artes: oēs oberrāt
nihil est qđ suis legibus puris inuiolatisq̄ ꝑseueret. Vale ⁊ si q̄d habes qđ his con
sonet auctoritate dignū ⁊ fide scribito nobis: nr̄i memor ⁊ amās. Cuius rei micha
elem pfullēdorffiū ꝯsecretariū tuū ⁊ nr̄i diligentē doctrina plenū. aut iudicē aut
arbitrū experiemur. Ex wiēna kl's Junij. Anno dn̄i. M.cccclj.

Passagium q̄z difficile conduci possit
in effectū arguit̄ pluribus ex rōnibus.

Epistola. cxxvij.

Ittere ad me tue amātissime leonarde duplicate ⁊ triplicate peruenerūt
In omnibus hortaris me magnope ad rē bellicā instituēdā pro mea viri
li quando apud cesarem seruio operas nauem facis vt xp̄ianum decet et
hominem senis natū cuius est (nescio quare id fiat) quominus pōt eo magis de
cōi bono anxiū esse. Laudo tuū cogitatū: tuas curas probo. Utinā tui similes re
bus maximis p̄essent. Credo multo meli⁹ xp̄ianitati eē ꝯsultū. Nāq̄ si verū dice-

Attila Hunnorum
Rex

Carolus ex antiqui
francorum prosapia

re libet: nimia ē int̄ orbis nr̄i rectores somnolētia aut aduersus officiū aut ꝑter offi-
ciū oēs intenti sunt. Arbitror te iā cognouisse que sūt apud ratispanā gesta ⁊ ꝙ̄
negligenter eo conuētū est. Ex italia nulli cōparuere. Nā legati venetoꝝ pri⁹ so-
lutū audiuere ꝯciliū quā bauariā ingrederent̄. Unus mihi videt̄ sup oēs laudā-
dus princeps philippus burgūdie dux. qui ⁊si esset britanico bello implicatus vo-
catus tamē ad conuētū qui ꝓ salute populi xpiani erat indictus: noluit excusari:
noluit reipublice deesse. Congregationē que cōmune bonū tractare videbat̄ sua
presentia noluit esse priuatā. Uenit igit̄ ratispanā iturūqꝫ se contra thurcos in ꝑ-
sona ꝓpria pollicitus est. Si vel cesar vel rex hūgarie vel alius magnus princeps
exercitū duceret. Si minimus missurū se quas posset copias: neqꝫ his in reb⁹ ex-
cusatū se habere voluit: nisi tale sibi supueniret impedimētū quod tota xpianitas
legitimū reputaret. Quis hunc satis cōmendare principē posset. Nemo ē inter
christianos cui minus timendi sunt thurci ⁊ infideles ceteri ꝙ̄ duci burgundie.
Nemo tamē est qui pro depulsandis atqꝫ cōprimendis hostib⁹ fidei solicitior eo
reperiat̄. Unde ista mens homini. Nō cupido rapiendi hūc trahit: cui sunt opes
infinite: nō spes vlla voluptatū quibus frui victores putant: qui est iam euo pro-
fectior. Et si delitias amet nusqꝫ maiores ꝙ̄ domi reperiat. Non augēdi dominij
ratio qui se nouit in grecia aut in asia nequaqꝫ regnare posse. Sed est hic religio-
sus princeps amat ecclesiā matrē suā. Cupit fidei nr̄e cōsultū esse: dolet cuꝫ audit
xpianū nomē blasphemari. Miseret̄ infelicib⁹ aīabus que dietinus in captiuita-
te a barbaris rapiunt̄. Pudet eum ignomie quā thurci nobis inferunt. Est enim
nobilis animus: nō pōt mens alto sanguine nata: nō alta meditari. Nihil turpe
ferre pōt generosus spūs. Uidet se dono dei amplissimis ⁊ populosissimis regio-
nibus prefectū: multisqꝫ beneficijs cumulatū. Nō vult ingrat⁹ videri. Recogno-
scit munera i se diuina esse ꝙ̄ plurima vult ꝓ sua facultate vices reddere. Memi-
nit iohānis patris sui: quē thurci pugnātez pro fide catholica captiuarūt. Cupit
vlcisci paternū vulnus: imitariqꝫ maioꝝ suoꝝ vestigia: quos pro fide orthodoxa
constat fuisse ardentissimos. Huius igit̄ opa factū est ꝙ in couentu ratispanensi
nōnulli articuli cōciperent̄ quoꝝ ego copiā rectorib⁹ nostre vrbis feci. Nec me
dubiū tenet quin tu illoꝝ noticiā habeas. Nam ⁊ illustri dn̄io venetoꝝ apud qd̄
nunc morā trahis articuli ꝑ suos legatos huiuscemodi missi sunt quoꝝ si fiet exe-
cutio nihil erit nostre religioni timendum. Cesar eiusce rei cupidus nouuꝫ apud
franckfurdiam conciliū indixit. Id futurū est tercio kl's octobris. Cesar aut eo se
curiamqꝫ suam transferet aut presidentes plena potestate suffultos mittet: neqꝫ
negliget quātū in se erit ꝯuentus. Nūc quoniā de me multa dicis: reserabo tibi q̄
mihi incūbunt. Optaui domū reuerti visere amicos: cōsolari ac pascere quocūqꝫ
tandem pastu valerē meas oues supplicaui cesari. benignā mihi vt licentiā prebe-
ret: qua patrios lares peterē: nō obtinui. Ait em̄ sua serenitas necessaria sibi esse
seruitia mea dum instat apud franckfurdiā dicta dies. Eā ob rē fero moleste meū
exiliū. vereorqꝫ qd̄ nuper sum expertus. Etenim cū ratispanā pergerē inuasit me
dolor pedū quē podogram medici dicunt: que res mihi intereundū acerbissima
fuit. Nō tn̄ neglexi cōmissum onus. Iter cuꝫ magno labore peregi: adeo vt pede
ad sellā suspenso vnius diei viā fecerim cū inter asperrimas alpes nō esset qua-
drigis locus. Idē timeo ne mihi nūc accidat: si vt mentē intelligo cesaris vl' mit-
tar inter legatos: vel suā sequi serenitatē iubear. Sed quid agā quis ego sum qui
tantū imperiū effugere possim. Uideo insup res maximas esse ad quas teneor et
vniuerse xpianitati vtiles. Quid in laborē pro facultate mea statui manere ⁊ ad
meum exilium paucos menses addere: donec franckfurdiū consiliū finiat̄. Im-
partiar meas operas in cōmune bonū. Et si nequeo grādes manipulos in aream
ferre dn̄icā at saltē spiculas aliquot in horreū ecclesie referam. Neqꝫ em̄ deus no-
ster tā facta hoīꝫ ꝙ̄ mētes ispicit. Et laudatā i euāgelio mulierculā legim⁹ q̄ duo
era minuta i gazophilaciū obtulit. Illd̄ aūt oro leonarde amātissime ne vel pas-

sagiū cōtra thurcos instituēdū italice pacē cōpares. vel me monacho qui illā con
clusit equiparādū putes. Nāq3 si pulcerrime ꝛ vere dicis nullā eē psonā adeo te-
nuē p cui⁹ man⁹ neq̄at si velit diuina maiestas res maximas ꝯficere. Et addis ex-
emplū nr̄i tp̄is. Nā pacis italice humilis ꝛ quodāmō despect⁹ heremitarū sancti
augustini monacellus auctor hr̄. Nō est tn̄ equa rex ꝛ psonaꝝ ꝓportio. Pax eniꝫ
italica etsi vt ais rome ad maturitatē pduci nō potuit: adeo tn̄ in alto illo sūmi p
sulis igne ꝯsistoriali decocta fuit vt paruo postmodū sole potuerit maturescere.
Erāt ꝛ partes q̄ ꝯtēdebāt lōge defesse bello cōtrite atq3 exhauste: intelligebātq3
nisi ꝯcordiā amplecterent̄ vtrinq3 fundit⁹ eē peundū. Nec plurima erant capita
quoꝝ sensus cōbinādi ad ꝯficiendā italice pacē viderent̄. At negociū hoc gerēdi
cōtra thurcos belli: rude adhuc indigestū ꝛ pene intactū ē. Nec germanie aut gal
lie pncipes quoꝝ potissime mētes excitāde sūt satis intelligere possunt: quid sua
nō intersit: cōtra thurcos arma mouē q̄ sūt ab eis remotissimi. Quis insup galliā
aut germaniā armet nisi cerebra pene infinita ꝯiūgat. Adde q̄ oēs italice vires
ad maritimā classeꝫ sūt vniēde. Qualis deinde int̄ me ꝛ monachū italice pacis in
uentorē cōparatio cadit. Fateor q̄ nihil est repertori ac rectori orbis factu diffici
le velle illi ꝛ posse vnū ē. Nec inficias eo spirare vbi velit spiritū dei: q̄ ꝛ aliqn̄ in-
fima mūdi eligit vt fortia q̄q3 ꝯfūdat. Sꝫ audi psonās q̄ꝫ dispares adnectis. Ego
illū monachū q̄ ptes italie dissidētes cōposuit: crimie mūdū: lōga vite sanctimo-
nia cōprobatū doctrina plenum. Nihil miror si de⁹ instr̄m elegit p qd̄ pacaret ita
liā. At istic q̄ꝫuis turpitudinē ꝓdo meā lōge a me absūt. Habet in me de⁹ mlta q̄
puniat: nulla q̄ p̄miet. Quo igit̄ pacto me velud organo magnis i reb⁹ vtat̄. Ve-
reor vereor vt te vera nō celē: nedū me grādib⁹ ingero negocijs: ipedimēto magl
q̄ꝫ ꝓmotioni repiar. Tu desine de me tibi mlta ꝓmittere: ac me domi q̄ꝫ foris ma
lis cimbā fortasse nō inutilit̄ regaꝫ. Nauis magne si clauē tenuero ꝛ me sil' ꝛ nau-
tas perdā. Franckfurdie si fuero naucleros inueniā optimos: atq3 ipse remigis
officio fungēs peccatoꝝ meoꝝ partē delebo: hec tibi de me volui dixisse. Nunc de
ordine dato pauca disserā. Scripsisti vocādos esse multos ex italia ad cōciliū ra-
tispanēse putasti id futuꝝ constan̄. simile ne dicā basilien̄. qd̄ in annos viginti ꝓ-
tensūꝫ est. At nr̄m exacto mense finē accepit. Indictū eē aliud huc rursus vocant̄
ex italia rex aragonū: veneti: ianuēses: florentini. senen̄. lucani. Comes q̄ꝫ fran-
ciscus: q̄uis nō est inuestitus de ducatu mediolanen̄. accersit̄ ꝛ dux mutine: mar-
chiones insup mantue: mōtisferrati ꝛ saluciarū. Videbim⁹ quantus erit nostroꝝ
feruor italoꝝ. Regib⁹ quoq3 francie anglie bohemie hūgarie polonie dacie suecie
norwegie scotie lr̄e dant̄ vt ad ꝯuētū mittant. Principes alamanie adesse: comi-
tates mittere legatos iubent̄. Si erit cōuentio grandis speꝫ bene gerēde rei sum-
mā. Si pauci cōuenerint obrigestam. Dices. Quid sentis: quid putes futurum:
Mallem tacere. Mallem opinionē meā esse falsissimā ac mendacis q̄ꝫ veri ꝓhe
te nomen. Dicā tamē q̄ me⁹ presagit anim⁹. Non spero q̄ opto. nil boni menti
mee psuadere possum. Quare inquis. Quare inquā. Ego bene speraꝫ xp̄ianitas
nullū habet caput cui parere oēs velint. Neq3 summo sacerdoti: neq3 impatori q̄
sua sunt dant̄. Nulla reuerentia: nulla obedientia est. Tāq̄ꝫ ficta noia: picta capi
ta sint: ita papā impatorēq3 respicimus: Suū queq3 ciuitas regē habet. Tot sūt
principes quot domus. Quomodo tot capitibus quot regūt xp̄ianū orbē arma
sumere suadebis. Age dicito cōcurrere in bellū cunctos reges. Cui ducatū dabis
Quis ordo in exercitu erit: que disciplina militaris: que obedientia: quis pascet
tantū populū: quis intelliget varias linguas: quis reget diuersos mores: quis an
glicos amicabit gallicis: quis ianuēses coniunget aragonensib⁹: quis theutones
hungaris bohemisq3 cōciliabit. Si paucos contra thurcos ducis facile succūbis
Si multos confunderis. Undiq3 sunt angustie. Perge vltra atq3 inspice xp̄iani-
tatis vultum. Pacata inquis italia est: facile aduersus exteros arma sumet domi
quieta. Nescio q̄ꝫ quieta. Inter regem aragonū ꝛ ianuenses adhuc belli reliquie

manent. Nec ianuenses hi sunt q̃ cõtra thurcos pugnaturi credant quib⁹ tribu-
ta pendere dicunt. Veneti cũ thurcis fedus ꝑcussere. Et q̈uis aiũt se sumpturos
arma ꝑ nr̃a fide: si ceteri xp̃iani bellũ thurcis indicant. Quis hanc cõditionẽ im-
plebit. Vocare nũc rogare atq̧ excitare venetos oportebit: q̃ ceteros imitati eẽnt
si pax eis cũ thurco nõ eẽt. Quid cũ italis facies qn̄ due nauales potentie ⁊ q̃dẽ
maiores desunt. Rex aragonũ q̈uis est potẽtissim⁹ ⁊ ad cõe bonũ ardens: haud
q̃q̧ solus bellũ nauale contra thurcos agitabit. Sũmi põtificis quãta sit classis
nõ ignoras. Deficit igit̄ nobis altera belli ps. Nã cũ terra mariq̧ thurcos vexa-
Eneas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli. S.p.d. Cognosces ex litteris sanctissimi domini nostri quod necessaria sit presentia tua in nuptiis, quas serenissimus rex hungarie celebraturus est in praga. Ob quam rem quamuis non puto necessarium dignationem tuam adhortari vt quam celerrime eo se conferat: quia tamen eius rei vtilitatem non solum animo percipio sed manibus quodammodo vt ita loquar palpare videor: non possum facere quin tamquam seruitor et filius tuus ea scribam que honorem tuum concernere animaduerto. Sane quamuis pietas domini nostri id iudicium de tua dignatione faciat. quod de viro prudentissimo et optimo habendum est: quamuisque omnia que per te facta sunt miro modo commendet. Illud tamen plurimum admiratur quod dissidentibus inter se serenissimis principibus romanorum imperatore et hungarie rege non statim te ad sedandas eorum discordias sepositis aliis negociis preparauisti. cum certum sit illis inter se contendentibus non solum nobilem illam austrie prouinciam perturbari: sed etiam thurcis viam preberi qua facilius ad christianitatis inuasionem prorumpere possint. Videtur igitur mihi admodum expediens quod tua dignitas ad prefatas nuptias iter suum acceleret. que vt extimatur mense ianuario aut tardius februario celebrabuntur. Erit conuentus ille celeberrimus in quo duo reges et tot principes comparebunt. Non dubito quin magna ibi tractentur: et vt arbitror quin principaliter agitabuntur in eo loco negocia. namque cum lites imperatoris et regis nondum composite sint: erit cura illorum principum in primis illas sedare. Inter polonie regem et fratres sancte marie teutonicorum agetur de concordia. Bohemi de suis articulis curiosi erunt. Illi qui sunt in rheno et res nouas contra sedem apostolicam practicare nituntur non omittent per oratores suos ex conuentu aliquid attentare. Postremo etiam de defensione fidei contra thurcos vt mea fert opinio inter tantos proceres sermo fiet. Magna sunt hec et profecto tuam presentiam merito exigunt. Itaque tamquam seruitor tuus suadeo ne quo pacto ei congregationi absis: quod esset et inhonestum et incommodum apostolice sedi. quod si interfueris complacebis procul dubio non solum regi hungarie: sed etiam regi francie cuius filie nuptias honorabis: obuiabis malis que per nonnullos procurantur. Et multa bona opera procurare poteris tam pro pace christianorum quam pro defensione fidei contra inimicos crucis christi. Piumque sanctissimi domini nostri desiderium hoc potissimum modo adimplebis. Et rem facies tua virtute dignam. Duabusque maximis nationibus gallice et germanie simulque duobus maximis principibus hoc est imperatori et patruelis sui: et regi francie in filie sue honoratione rem gratam faciens demulcebis capita. Datum rome die prima octobris. Anno domini. M.cccclvij.

Scribit se bene valere nec superfluis curis angi velle.

Epistola.ccclv.

Eneas cardinalis senensis Petro noxitano. S.p.d. Si non scribimus ad te sepius id facit negociorum multitudo quibus destinamur: simulque tua humanitas qua non veremur abuti. Extant apud nos scripta tua quibus satis esse dicis si quater tibi scribamus in anno. Hoc nos pigros reddidit: dabimus et sex et octo epistolas in annos singulos amicitie tue: nunc hec prima sit anni huius quam nos bene valere et animo et corpore intelligas quamuis multa in dies emergunt que conturbare cuiusuis hominis mentem queant: sed nolumus affligere cor nostrum quando nihil est quod mesticia nostra reipublice prosit. Faciemus quod nostris subest viribus reliquum deo relinquimus: cuius est et nos perdere si velit: et saluare hanc ipsam mundi machinam quam de non esse in esse produxit: cum dubium non est ei curam esse operum que sue fecerunt manus. Hec tibi pauca scripsisse voluimus rogantes vt tu quoque leto animo id vite traducas quod superest. Optamus te aliquando visere atque amplecti. Bene vale. Ex vrbe romana octobris.

Negat se altiorē gradū ambire ⁊ collaudat poetice metrificantē

Epistola.cccl.vj.

Eneas cardinalis senē. Francisco philelpho militi ⁊ poete. S.p.d. Carmen tuū insignis eques ⁊ optime poetarū accepim⁹ simulq; lr̄as maturo scriptas eloquio. Fuerūt vtraq; iocūda ab amico missa ⁊ cōdita salib⁹. In carmine plus aliquid est ꝙ̄ nobis cōueniat: nūq̄ id somniauim⁹ qđ tibi de nobis polliceris: neq; grandia hec sine p̄sagio vel fatū vel somnioꝝ solent euenire. nr̄a sors maior est virtute nostra: stulti sumus si volare altius ambigiam⁹. Sed inest tuis versibus incredibilis suauitas que nos etiā adulando delectauit. Quod queris de pararellis plutarci: vanū est periērūt oia. nemo ē qui de his loqui norit nau fragiū passe sunt littere: ⁊ quidē apud rhoduz vbi neq; reliquias relegere nautas licet. Tu si more tuo sapias amisso libro nō adijcies vt aīm crucies. Apud reuerēdissimū cardinalē de colūna vidim⁹ ⁊ legim⁹ forsiadam tuū: opus tersuz ⁊ dignū quod priscis poematibus annumeret. Et tu francisci ducis gestas res decantare dignus eras: vt illius virtuti tua musa debebat. Si tamē dignis ille te premijs ꝓsequitur ⁊ egere vetat. si secus hortamur fistule vt cerā amoueas: nam magis illi tua taciturnitas ꝙ̄ sibi tenacitas detrimentū prestabit. Uale ⁊ nos ama vt soles. Ex vrbe die. xxv. octobris.

Mestus ex morte amici consolat his medijs.

Epistola.cccl.vij.

Eneas cardinalis senē. Iohi cāpisio ep̄o placentino. S.p.d. Si nō scribimus sepe dignationi tue das veniā nō ambigimus. nā ⁊ nos vegio poete ignoscim⁹ ꝙ̄uis nunꝙ̄ nos adierit nec nobis quicꝙ̄ scripserit postq; cardinalatū suscepimus. Sumus memores legis nostre quādo cōmēdas nobis aliquos huc venientes: ⁊ si nō respondemus operas tamē nostras illis offerimus: estq; nobis iocundissimū litteras tuas legere ⁊ illas audire que a te venientes bonam valitudinē tuā nobis enunciant. Cupimus te aliquādo hic videre etsi parū spei super aduentu tuo habemus qn̄ iam sedem elegisti ⁊ vite simul ⁊ morti. Nos modo quod scribam⁹ nō habemus nisi obijsse stephanū catiā nouariē. cōmunē amicū: quo cū magna pars amicitie a nobis abijt. Afficit nos incredibili merore suus obitus: illud tamē cōsolationi nobis fuit ꝙ forte eū in transitu cognouimus nūꝙ̄ eñi eiulauit: nūꝙ̄ verbū admisit nō xp̄iano nā sapiēte viro dignū ecclesiasticis sacramētis deuotissima mente susceptis ad extremū vsq; anhelitū intellectū ⁊ verba prudentis hominis retinuit. Sepultus est apud hospitale sancte marie teuthonicoꝝ die. xj. huius mensis. Uale optime ⁊ amici aīam in orationib⁹ tuis recōmendatā habe. Datū rome. xx. octobris. Anno. M.cccclvij.

Epistola.cccl.viij.

Mortē amici denunciat.

Eneas cardinalis senē. scene. Salutē plurimā dicit. Stephanus noster catia nouariensis. communis amicus animaz creatori reddidit. Hec scribimus vt non doleas amici obitum qui more christiano ⁊ vt sapientem decuit ordinatis rebus suis ex hac luce migrauit. sed vt congaudeas illi ad meliorem vitam profecto: nobisq; compatiaris tali orbatis societate: cogitesq; aliquādo de nobis qui hoc in pelago sine velis remisq; nauigamus. ⁊ fluctuantes ab ipso naufragio non longe absumus. Uellemus hic esses ⁊ rerum nostrarum cursus intuereris. Sed quid querimur ferenda est fortuna quā deus mittit: neq; eñ dubitandum est quin deo sit cura huius mundi quem sue condidere manus si curat igit̄ quecunq; accidunt aut volente illo aut permittente fiunt. hoc nos consolatur ⁊ equo iubet animo expectare tempus in quo ⁊ ad stephanū ⁊ ad reliquos qui nos precesserunt amicos euocemur. De re tua audiuisti que sit pōtificis sententia: nō est que modo alia queras. deus ipse operā ferat iohāni caimo optimo

viro ⁊ amico tuo nostroq; diximus de scutifero nos esse facturos qd tua iuberet amicitia nec mutauimus opinionē: rogamus te principi simulq; nicolao azimboldo nos cōmendes: cuius benignas lr̄as his diebus accepimus: nec dubitamus eū p veteri cōsuetudine nos amare. Uale optime. Ex ro. die. xx. octobris. M.cccclvij.

Pollicetur operas suas amico ⁊ cōcordatis minime derogare.

Epistola. cclix.

Eneas cardinalis senensis Martino mayer. S.p.d. Scribimus tibi non sine fiducia singulari litteras breues. non scimus dare inania verba. Amamus ex corde amicos ⁊ his adulari nescimus. Crede optimo corde loquimur: si facultas assit nunq; deerimus votis tuis ⁊ id certo certius habe. quia vetus amicitia nostra solida est. In facto ecclesie romane illud tibi dicimus quia nō leditur caput sine membris: nos hic curabimus ne concordatis derogetur. Deinceps non credimus nationem vestrā habere causam querele si pacta seruentur. De gratia nostra siue reseruatione scripsimus ⁊ nunc repetimus: non est animus noster vexare quēq; occasione illa nec intēdimus cōcordatis per gratias nostras in aliquo derogare. Uale ⁊ nos vt soles ama. Ex vrbe die. xx. octobris.

Denūciat desiderijs amici satisfactū.

Epistola. cclx.

Eneas cardinalis senensis Theoderico archiepō maguntino. S.p.d. Ex vigando secretario tuo accepimus litteras dignationis tue. Cognitis his que cupiebas mox adiuimus sanctissimum dominum nostrum qui leto animo votis tuis annuit. Nouit sua pietas quo animo queue opera tua dignitas superioribus annis romanam adiuuerit ecclesiam: ⁊ vbi occasio detur monstrabit se diligere tuam virtutem. nos autē in quacūq; re poterimus erimus semper ⁊ voluntarij ⁊ proni desiderijs tuis morem gerere. Datum rome die vicesima octobris.

Pollicetur sexingentos florenos amice pro dote aut ingressu religionis.

Epistola. cclxi.

Eneas cardinalis senēsis Jacobo picholomeo. S.p.d. Litteris tuis quas de montamia ⁊ andrea filijs tuis nepotibus nostris ad nos scripsisti: respōdimus semel ⁊ iterum: nescimus an nostra scripta in manus peruenerint tuas. Ideo hec pauca repetimus vt non putes mente nostra excidisse quod illic immobiliter sedet. De mōtamia ob res que geste sunt difficile est rectū ferre consilium. Intelligimus enim eam monasteriū abhorrere: matrimoniū aūt reperire sua conditione dignū difficile est: nos igitur relinquimus tibi hanc prouinciā: vt sibi persuadeas q in rem suā sit prudens. Si essemus pecuniosi: ⁊ more quorundā cardinaliū abundaremus: daremus illi ⁊ virū ⁊ dotem. At cum tenuis sit conditio nostra: volūtatē potestas impedit: vtcūq; sit ex paupertate nostra sexingentos illi aureos spondemus quamcūq; viā ingrediatur. Scriptoriā apostolicā andree tuo ⁊ si optamus acquirere tamē nō valemus: nemo enim est qui absq; mille aureis eam consequi potest. Oportet igitur illas ingredi vias: nos vbi poterimus non deerimus necessitati tue. Et si deus dabit vt possessionē varinien. ecclesie consequi possimus: ita nos geremus vt intelligas nos amantissimi fratris locū tenere. Datum rome vicesima octobris.

Refert mortē amici ⁊ se cōmendari orat.

Epistola. cclxij.

Eneas cardinalis senensis Latino equiti ciprio. Salutem plurimam dicit. Duabus epistolis tuis gratias nobis egisti super his que tui cause fecimus. Cognoscimus nos nec pro debito: nec pro voluntate satis-

fecisse: sed tua benignitas parua pro magnis accipit. Gaudemus obtigisse tibi desiderium tuum: nam ⁊ tua virtus maiora meretur. Afficit tibi summus pontifex ⁊ desiderijs tuis vbicūq; poterit faciet satis. Amicus tuus ⁊ noster stephanus cacia: cuius sine lachrimis non possumus meminisse creatori deo animā reddidit: rogamus te vt eius nepotes apud illustrissimū ducē cōmendatos habeas quibus beneficia sua collata sunt. Et nos etiā vnam prepositurā tenuē obtineamus: velis nos principi ⁊ consorti eius cōmendare q̄ ad eorū beneplacita semp inueniemur attentissimi. Datū rome. xx. die octobris.

Cōcordatis ecclie operam dare promittit ne violentur.

Epistola. cccclxiij.

Eneas cardinalis senen. iohanni lesurē. S. p. d. Amauimus probitatē tuā ante promotionem nostrā ⁊ nunc potissime colimus obseruamusq;. Inuenimus enī in te ⁊ veritatē ⁊ prudētiā. Credimus plene illud esse scʒ aliquos qui vulnerent: vt medendo lucrent̄: sed nō patiet̄ caput sine dolore dānoq; mēbrorū. Mittimus tibi cū psentibus alphabetū quod optasti: quod signatū recipies: poteris illo vti ⁊ nobis que grauiora erūt significare: habebisq; responsa ex nobis que res ipse exiget. Decet bonos viros curare ne vnitas ecclesie magno parta labore iterū scindat̄. De cōcordatorū obseruatione soliciti sumus. damusq; operā ne violent̄. Amideus pro quo scribis si inueniet̄ fuisse in possessione tēpore cōcordatorū habebit pacem: idq; dn̄s noster nobis cōmisit inquirere: vale optime ⁊ scribe nobis frequenter. naʒ litteris tuis quasi psona tua tuemur. Ex roma xx. octobris.

Scilicet modum occultè scribendi

Excusat se cōtra concordata ecclie fecisse.

Epistola. cccclxiiij.

Eneas cardinalis senēsis petro knorren doctori. S. p. d. Grate fuerūt nobis littere tue quibus nouitates germanicas significasti ⁊ dietarum institutiones. Scimus nos esse tibi charos qui omnia vt amico communicas Estq; nobis nō parua voluptas te tenere memoriā veteris amicicie: vellemus nationē tuā vti sano consilio ⁊ non repente ad nouitates prumpere: multo labore parta est pax ecclesiastica: facile rumpet̄ si volueritis. At erit non nobis solū dānosa sed etiam vobis. Cuʒ volueritis resarcire nō poteritis leuiter. Quod nobis dicis imputari de reseruationibus ac pensionibus: nescimus quid id sibi velit. nisi fortasse de vno monasterio prope constantiā quod impetrauit prothonotarius de lapide: de quo nobis pensio centū florenorū assignata extitit: id ille aiebat placere principi patrie: nec erat contra concordata cum electio ibi canonica non fuisset. De alia pensione nunq̄ nos intromisimus. De reseruationibus est veruʒ q̄ habemus bullam pro duobus milibus florenis. Credebamus nationem illam non egreferre si nos qui in ea nutriti sumus tantū in beneficijs haberemus. Et nihilominus diximus pape: ⁊ scripsimus archiepiscopis moguntino: treuereñ. ⁊ coloniensi: nos illa bulla nullatenus vti velle: vbi concordatis cum natione aduersaret̄. Itaq; nescimus cur nobis aliquid imputari posset. Cōmendamus tibi vnionem ecclesie vt facias quemadmodū consueuisti quia nihil pace melius. Cōtra prutenos sedes apostolica vsa ē suis armis: restat vt vestris vtamini. Si qua in re natio ipa grauet̄. potest recurrere ad sedem apostolicā. Credo non spernent̄ preces sue. Fuimus locuti sanctissimo domino nostro de iuramēto tuo. sanctitas sua viue vocis oraculo nobis dixit q̄ iuramentū illud suspendebat ad effectum vt posses romane ecclesie vtilius seruire. Et ita poteris affirmare te non esse obnoxium iuramento. Age igit̄ vt cōsueuisti: nos semper inuenies paratissimos ad ea que tibi grata sint ⁊ inclyte nationi vtilia. Cupimus vt nos commissos facias principi marchioni alberto cuius eximie virtuti omnia debemus. Vale ex roma die. vij. nouembris.

Captata beniuolentia petiē amicū suo nomine audire

Epistola.ccclxv.

Eneas cardinalis senensis Francisco duci mediolanensi illustri. S.p.d. Quis in curia serenissimi imperatoris ⁊ alijs in locis vbi moram traxi: semper honoris ⁊ glorie tue cupidus fuerim: illisq̄ꝫ pro mea virili consulere studuerim: vt testes sunt magnificus eques scena de curte ⁊ alij quos tua excellentia ad imperialē maiestatē ⁊ romanā curiam aliquādo transmittit: fateor tamen me nunq̄ꝫ aliquid egisse propter quod presumere debeā gratiā quātūcūq̄ꝫ minimā ex tua mansuetudine deposcere: sed audaciā petenti quā mea nō pstant merita tua liberalitas ⁊ in omnes beneficia concedit: que cū vel ignotis ꝓdesse solet: mihi vt existimo non claudet aures: neq̄ꝫ ego illam implorare auderē nisi me necessitas vrgeret: sed cum vocatus ad cardinalatus honorē eos nō habeam redditus qui huic dignitati cōueniant: cogor ad eos recurrere quos ꝓ sua singulari bonitate mihi bene velle arbitror. Inter quos excellentiā tuā veneror. nam ⁊ amici quos mediolani habeo hec mihi ⁊ litteris ⁊ nūcijs indies cōfirmāt. Quibus ex rebus cōmisi prefato scene integerrimo amico meo: vt aliqua meo nomīe mansuetudini tue exponat. Cui precor ⁊ benignas aures impertiri ⁊ preces suas quas vice mea attulerit bono animo exaudire velis: nam ⁊ opus pietatis exercebis ⁊ me seruitorē tuū magis ac magis obligatū habebis. Ex roma quarto nonas decēbris. Anno. M.cccclvij.

Instruit de mente sua apud principē exequenda.

Epistola.ccclxvj.

Eneas cardinalis senensis scene de curte. S.p.d. Raphaelem capinū nobilē adolescentē (quem ad nos misisti) recepim⁹ in familiam nostram: ⁊ tui causa ⁊ sui libenti animo: nam ⁊ nos tibi obnoxij sumus ⁊ in omnibus morem gerere cupimus: ⁊ ipse pre se fert modesti ⁊ prudentis indolem iuuenis. Utinam hi simus qui virtuti sue satisfacere possimus. Quod ꝓmittis te apud illustrissimū ducem ꝓcuraturū nostri causa non est apud nos dubiū: nouim⁹ animū erga nos tuum ⁊ amicū verum te esse nō ambigim⁹. Si bona principis mēs in ea re fuerit tua non deerit opera. Ita nobis ꝑsuasum est. Scribimus excellentie sue litteras quaꝝ exemplaria cū presentib⁹ ad te mittim⁹. Si putas reddendas esse reddito: si minus vtere cōsilio tuo ⁊ rem nr̄am pro tua circūspectiōe curato: nos tantū volum⁹ quantū licet. Pauperes nati sumus ⁊ in hāc vsq̄ꝫ diē viximus tenues: nūc si aucta est dignitas non tamē accreuerūt opes: Confidimus in bonitate sūmi vt qui nos nunq̄ꝫ destituit neq̄ꝫ in cardinalatu deseret: quādo nō hi sumus qui maria mōtesq̄ꝫ cupimus. Satis nobis fuerit nō egere. Quod illustrissimi ducis auxilio futurū cōfidimus ⁊ tua solicitudine. De maxima illa concubina non est quod mirere: lata est romana curia ⁊ omniū rerum capax: boni ⁊ mali apud nos versant̄: hic supbia ⁊ humilitas: hic auaricia ⁊ largitas: hic luxuria ⁊ frigiditas: hic libido ⁊ continentia. hic summa virtus ⁊ summum viciū. Sagena hec est in mari missa omniū genere pisciū plena. Triticū adhuc simul ⁊ palea in area est: ⁊ magna fatuitas ⁊ summa sapientia simul habitant. Quid miruꝫ si opera aliquando preclara efficimus digna laude: aliquando sic agimus vt reprehendi vel a minimis valeamus.

De palatio budeñ. ⁊ aliquid contra basiliense cōciliū.

Epistola.ccclxvij.

Ambrosius camaldulen̄. Reuerēdissimo ac sacratissimo impatori sigismūdo semp augusto fidelitatē ⁊ subiectionē. Habeo gratias ingentes maiestati tue clementissime princeps q̄ priusq̄ꝫ pannonia discederē pulcerrimi ⁊ magnificentissimi omniū quod vnq̄ꝫ viderim spectaculi te esse participem voluisti. Inspeximus sūma cū admiratione precipuoq̄ꝫ stupore edificatū abs te pala

ciū tantaqꝫ occurrunt singulariter miranda vt quod magis mirari quod primū
ꝑdicare debemꝰ nō occurreret. Taz multa ad se trahebāt atqꝫ in se rapiebāt ob-
tutū affectūqꝫ nostrū. Deniqꝫ structure moles taz vasta est vt nullam toto orbe
maiorē reperire posse arbitremur. Eius oia mēbra adeo magnifice tādecent in-
structa sunt vt ad grām nihil possit accedere: singuleqꝫ vt dictū est partes secum
de pulchritudine ꝛ magnificētia certare videnť vt quod primū admiremur non
occurrit: nisi ꝙ simul oia inspecta excedunt oēm admirationē: vixqꝫ arbitremur
persis illā formosissimā regiā de qua tam multa ꝑdicanť huic tue cōferēdā. Trā-
simus ad cōtuendū peripatū illum spaciosissimū ꝓspectū omnino mirabilē ple-
rūqꝫ voluptatis. Neqꝫ his contenti piscinas quoqꝫ ꝛ ortos circuire plena occur
rebant oculis. Pauca de multis que me mouent in vnū congressi execratione di-
gna tueqꝫ serenitatis oculis legenda subiecti. Equidem cōsideratis scandalis q̄
indies ex huiꝰ perpetuatione cōciliȷ̄ prodeūt huiꝰ sententie sum vt ꝓ firmo ꝛ rato
habeā nihil a tua pietate posse fieri vel deo gratiꝰ vel acceptiꝰ seculo vel ecclesie
matri vtiliꝰ q̄z huius eneruationē abhominationis pro viribus moliaris. Et oro
ne tua me pietas temeritatis arguat ita sentientē. Nā si ex habūdātia cordis os
loquiť ego istam sniam ex altu cordis eructo. Deus autē noster omnipotens se-
renitati tue que ad pacem sunt inspirari digneť annosqꝫ tuos benedicere, religio
sissime princeps ꝛ auguste piȷ̄ssime. Ex wienna. Anno. M.cccclvij.

Cōmendat cām suam ꝛ spōdet operas suas in reciprocū.

Epistola.cccclxviij.

Eneas cardinalis seneñ. S.p.d. Gumforto iuriscōsulto ac serenissimi dñi
ducis mediolani secretario. Ex leponsijs hac ꝑterita hyeme sup te ꝑposi-
ture mee litteras ad te dedi vt illustrissimo principi duci mediolani ꝓ me
loquereris te rogās obsecrās: nihil exinde responsi a te suscepi: quod non tibi sz
tuis occupationibus imputo. Scripsit aūt mihi paucis ante diebꝰ q̄z moreret me
diolaneñ. antistes de tua erga me optima voluntate dixitqꝫ tuū esse cōsiliū vt ce-
saris lrās ad ducē impetrarē. Factū est vt ambo suasistis. Lrās defert vir vrba-
nus ꝛ tuus meiqꝫ amantissimꝰ laurentius de rotella cōcanonicus meus tridenti
nus. Is te alloquiť ꝛ meā agitabit cām. Precor illi cōsilio ꝛ auxilio vt sis. Atqꝫ
reprobes quod eplis de te mihi ꝑfatus repromisit antistes. Habeo in te q̄cquid
spei habeo. Fiam voti campos si me iuueris. Sin deseras nil est qd̾ sperem. Scio
mores curie vestre ꝛ aliarū. Nemo aliquid obtinet nisi magnis fultꝰ amicis. Ego
ꝛ si iusticiā ꝓsequar: nisi te habeā ad quem recurrā habeo neminez. Nec te quo
iure teneam video qui nullis beneficijs mihi obligaris. Sed confido in tuā hu-
manitate: Similiterqꝫ studia ꝛ officia quibꝰ deditī sumꝰ paria fiduciam ꝑbent vt
opera consilio: auctoritate ꝛ grā tua amice vtar. Ego si quid intelligā aut ad vo-
luptatē aut ad cōmodū: aut ad amplitudinē tuā ꝑtinere: etiā nō rogatus faciam
nec ad me vnq̄z ꝓ te vel ꝓ tuis frustra scribes: si mō quod petieris in mea fuerit
ꝑtāte. Uale ꝛ spem meā imple. Ex vrbe sexto idus Iulij.

vere

Excusatio precū nō exauditarꝫ.

Epistola.cccclxix.

Eneas cardinalis seneñ. preposito spirēsi. S.p.d. Accepimꝰ litteras tuas
quibꝰ rogas vt ius nrm in ꝑbēda ecclesie maioris wormaciensis in nepo-
tē tuū trāsferre velimꝰ. Cōplacuissemꝰ certe tibi cui libenti aio tāq̄z singu-
lari amico ꝛ homini virtuoso gerimꝰ morē: nisi ꝑuēti fuissemꝰ. Scripserūt eñ no
bis. Decanꝰ ꝛ cantor wormaciēsis: q̄ negocia ꝑposituꝛe nrē gerūt de vacatione
ꝑbende hmōi: multūqꝫ suaserūt vt ius nrm illi dimitteremꝰ q̄ ꝑ capitulū ad pos-
sessionē q̄uis de facto erat admissus: cui iā ꝑpositurā nrāz arendauerāt. Deinde
etiā suꝑuenerūt lrē illustris principis comitis palatini ꝓ eodē dictā ꝑbēdā petē
tes. quibꝰ inducti aīm inclinauimꝰ ad cōplacēdū prefato possessori: siue vt rectiꝰ
dicamus intruso. Nam q̄uis spreti fuerimus a capitulo: quia tñ natura litigiosi

non sumus: decreuimus bonū ꝓ malo rependere. Rogamus aūt te vt equo aīo feras: si hac vice p̄cib⁹ tuis nō annuim⁹: cū sicut p̄diximus alioꝝ scripta p̄euenerint: deinceps si quid occurrerit qđ tui cā facere possim⁹: nō erim⁹ requisitiōi tue quoquo modo aduersi. Sed quantū vires nr̄e tulerūt ⁊ tibi ⁊ amicis tuis conabimur rē gratā facere. Datū rome die. xxij. iulij. M.cccclvij.

Annuit p̄cib⁹ ⁊ petit se excusare de grauamine germanice nationis.

Epistola. cccl xx.

Neas cardinalis senensis decano wormaciensi. S.p.d. Cognouim⁹ que scripsisti de prebenda que nuꝑ vacauit in ecclesia wormaciensi. Suades ne nos de illa intromittamus ⁊ ius nostrum possessori tradamus: cū neqꝫ vtile nobis sit dictam prebendā obtinere ſm statuta ecclesie: neqꝫ dispensari aduersus ea cōsuetum sit. multū tribuimus cōsilio tuo: ⁊ crede qꝛ non est mens nr̄a grauare ecclesiā illam: nec litigiosi sumus vt velimus supra modum cōtendere. Nos si eam prebendā obtinuissemus non ꝓpterea violare statuta vestra voluissemus aut aliquod vobis afferre grauamē: sed iuxta cōsiliū tuū fecissemus: ⁊ cōfidimus ꝙ non fuisset capitulū vestrū de nobis male contentuꝫ. Verū vtcūqꝫ res se habet: ꝗ̄uis cōsiliarius. Palatini nullum ius habeat in p̄dicta p̄benda ⁊ nobis spretis in ea se intruserit: tamē quia vir nobilis est ⁊ illustris. Palatinus pro eo scribit: tuqꝫ plurimū id suades. ⁊ iohannes tolner etiam hortat̄: erimus contenti transferre ius nostrū in predictū cōsiliariū si cū eius procuratore qui hic est cōuenerimus: ⁊ deniqꝫ confide quoniā ecclesiam vestrā iuuare atqꝫ extollere: non deprimere aut quoquo modo ledere intendimus. Verū quia capitulū eccl̄ie sancti andree animo deliberato nobis spretis ⁊ litteris nostris contemptis ad possessionē prebende per nos acceptate aliū intrusit. intendimus experiri de iure: quis sit potior. Itaqꝫ rogo ne mireris si litem pro parua re ingredimur. quia cōtemptū potius q̄ꝫ prebendā animo metimur: quā etiā si obtinuerim⁹ alteri eiusdē nationis resignabimus. Postremo scribit nobis iohannes tolner querimonias factas esse apud aliquos germanie prelatos de reseruationibus cardinaliū quas habēt in partibus illis: nescimus an propter nos ⁊ gratiā nostrā is rumor fiat. Nos qui dē supra. xxiiij. annos in alamania seruiuim⁹ ⁊ semper honorem illius nationis ꝓ virili nostra promouimus: ⁊ nunc ad cardinalatū ꝗ̄uis insufficientes vocati: id conamur: id studemus: id tota mente querimus: quod illi nationi vtile decorūqꝫ esse putamus. cum nonnullis aliquādo vehementer contendentes ita vt in sacro collegio nos magis germanū q̄ꝫ italum esse dicant. Quibus ex rebus non sumus arbitrati germanice nationi futuꝝ odiosum. si beneficia in ea pro duobus milib⁹ ducatoꝝ in annuis redditibus obtinerim⁹. Et ꝗ̄uis in bulla reseruationis nostre fiat mentio de monasterijs. nūq̄ꝫ tn̄ intentio nostra fuit ad ea monasteria litteras trahi que ꝑ cōpactata reseruari nō possent: ⁊ ita sanctissimo dn̄o nostro diximus adijcientes ꝙ pro nullo monasterio vnq̄ꝫ litigaturi essemus: sed solum id reciperemus quod cū bona gratia principū in quoꝝ territorio esset habere possemus. Itaqꝫ nō existimamus aliquos prelatos occasionē habere vt de nobis conqueri possent. Quapropter rogamus te qui soles cū pluribus cōuersari: vt mentē nostram omnibus declares: ⁊ presertim archiep̄o moguntino: apud quē nō dubitamus nos haberi cōmēdatos: cū ⁊ nos sui status ⁊ honoris quātū vires nostre ferūt semꝑ defensores sim⁹. Datū rome die. xxij. iulij. Mcccclvij.

Frustra conat̄ ip̄etrare vt cler⁹ coītatꝭ senen̄. ꝓ ꝯfirmatiōe studij vl̄is ꝯtribuat ⁊ auisat de exercitu ꝯgregato.

Epi. cccl xxi

Neas cardinalis senen̄. Balie senen̄. S.p.d. Que ornamēto splēdori glorieqꝫ isti ciuitati vestre patrie nr̄e eē possent: nūq̄ꝫ tedio nobis eēt aut gerere: aut si in ptāte nr̄a esset exhibere. Eapropter cū nuper nobis scripsissetis vt ꝓ studio legū aliarūqꝫ facultatū in vrbe vestra reformando. Sanctissimo dn̄o

nr̄o verba faceremus vtq̧ clerus vr̄e ditionis ad eā rem certā pecunie quātitatē cōferret impetrare conaremur. Fuim⁹ e vestigio cū eodē sanctissimo dn̄o nostro Oratore vestro spectato viro leonardo ad id accersito. Perorauim⁹ cām: vt arbitrati sumus oportere: s̄ nō exorauimus. quō aūt pietas dn̄i nr̄i ad eā rē rn̄derit nō ambigimus leonardū p̄fatū collegio vestro significasse. Itaq̧ non est cur plura circa hec dicam⁹. Illud adijcim⁹ qd̄ nosse magnificētias vestras nō inutile arbitramur: Hodie lr̄e ex neapoli aduenerūt: q̄bus certior fama sit. Comitē iacobū piccininū ab inclyto rege aragonū pecunias nō paucas accepisse: quib⁹ copias suas instruere possit ad regni metas exire. Ferūt eum aduersum sigismūdū malatestam arma motuꝝ instante vrbinate comite. Sed mille sunt hominū insidie: nec sagitta semper eo tendit quo directa videt̄. Sapiūt magnificentie vestre ꝛ quod ex vsu fuerit cogitabūt. Nos pro debito nr̄o hec reipu. vestre significādo putamus: cuius tranquillā quietem indesinenter optamus. Datū rome die. xxij. Julij. M.cccclvij.

Petit ꝓ captiuo vt benefacta cū malefactis pensatis liberum emittant.

Epistola. ccclxxij.

Eneas cardinalis senen̄. balie senen̄. S.p.d. Accepimus lr̄as vestras q̄b⁹ cognouimus que de comite iacobo piccinino ꝛ eius transitu suspicamini. Fuimus sepe cū spectabili oratore vestro de eadem re locuti ꝛ eadē videbant̄ nobis formidanda q̄ vobis si homo ille regnū exiret. Nūc scriptis vr̄is cōmoniti statuim⁹ de re illa certiorē pōtificē facere. Sȝ cū podogra nos impediret ne presentiā dn̄i nostri accedere possemus: scripsimus q̄ nobis videbant̄ aplīce maiestati: ꝛ rogauimus vt oratori vestro audientiā preberet qui latius loqueret̄. Placuit id clemētie sue. Oratorēq̧ vestrū mox post cedulā nostrā audiuit: ꝛ ita semꝑ oibus rn̄dit quēadmodū de patre optimo ꝛ diligētissimo conseruatore vr̄e libertatis sperandū erat. Scribet oīa seriosius senatui vestro leonardus orator. Itaq̧ non est cur nos ea repetamus. Sumus ꝛ erim⁹ soliciti in his q̄ vestre reipublice trāquillitatē respiciūt. Postremo q̄r franciscū patriciū in vinculis coniectum accepimus: virū fama clarū ꝛ qui ornamentū ciuitatis vr̄e nō parū hacten⁹ fuit: Rogamus in eius iudicio bn̄facta cū malefactis pēsare velitis. ꝛ hoiem i vita relinq̄re q̄ suis scriptis vr̄am vrbē illustrauit ꝛ in futuꝝ splēdorē ei maximum adijcere pōt: Quod si feceritis oēs collegiū nr̄m cōmendabūt in quo plus beneficij q̄ iniurie recordatio valuerit. Datū rome die. xxiiij. Julij. M.cccclvij.

Captat beniuolētiā ꝛ offert cōmendatū nepotē suū.

Epistola. ccclxxiij.

Eneas cardinalis senen̄. epo tridētino. S.p.d. Redeūtē in alemaniā nicolaū crewl capellanū nr̄m ꝛ cōpatriotā: tū cū tridēto trāsitur⁹ sit: noluim⁹ sine nr̄is ad te lr̄is dimittere: q̄bus intelligas nos veteris amicitie ꝛ quō sil' ad sacros ordines ꝓmoti fuimus: memores eē. cupidosq̧ magnoꝑe aliq̄n aliq̄d a gē qd̄ tibi gratū existat. Reliqua de nr̄a erga dignitatē tuā volūtate ꝛ de statu romane curie: idē nicolaus plenius referet: cui velis tāq̧ nobis plenā credentie fidē p̄bere. Insuꝑ q̄r nepos noster frācis cus grām expectatiuā habet in ecclesia tua. Rogamus vt in euentu vacationis alicuius p̄bēde auxillo sibi esse velis ad obtinendā possessionē: quēadmodū de tua erga nos beniuolētia ꝛ amicitia veteri plene ꝯfidim⁹. Datū rome kal. augusti. M.cccclvij.

Refert noua italie ꝛ vrbis romane.

Epistola. ccclxxiiij.

Eneas cardinalis senen̄. Nicolao cardinali sancti petri. S.p.d. Reuertit̄ ad ꝑtes germanie. Capellanus meus nicolaus crewl: quē in agēdis suis dignationi tue quātū valeo ꝯmēdatū efficio: diu nihil noui de tua dignitate accepi. Puto eā bn̄ valē q̄n i ꝯtrariū nihil accipio. De p̄latis germanie ꝛ dieꝝ coꝝ multa hic dicunt̄ nō bona. Tuā dignationē nihil latere opinor. Nisi tua cir-

cũspectio illis obuiet rebꝰ: nescio ꝗs alius occurrẽ possit. Ego tñ te in hac curia p̃ntẽ potiꝰ eẽ vellẽ. Quis parũ est ꝙ cardinales reipublice ꝯsulẽ possint. Sꝫ iuuaret me sepe in p̃ntia tua eẽ. ⁊ ꝓ veteri more dulces miscẽ sermões. Fortasse aliqñ nõ tederet dignationẽ tuã in curia morã traxisse. Quis sit status harũ ptiũ non dubito ꝑ familiares tuos dignationi tue scriptũ eẽ. Referã tñ paucis quõ res se habeat. Dñs nr̃ in primis bñ valet. Roma qꝫ p̃ter solitũ hucusqꝫ sana eẽ videt̃. Obijt cardinalis neapolitanꝰ in curia potius medicoꝝ ꝙ̃ aeris grauitate. Ursini ⁊ comes euersus adhuc inter se armis ꝯtedũt: q̃ res facit vt annus vberrimꝰ sterilis videat̃. Huc accedit indignatio quã põtifex ꝯ̃ vrsinos accepit: tractat̃ cõcordia nescio ꝙ̃ facilẽ hẽbit exitũ. Comes iacobꝰ piccininꝰ q̃ hactenꝰ in regno fuit nũc suscepta a rege aragonũ magna pecunia exiturꝰ regnũ dr̃. ⁊ ꝯ̃ sigismũdũ malatestã quẽ rex odit arma moturus. q̃ cũ ꝓfecturꝰ ẽ comes vrbinas. alij arbitrãt̃ hec fingi ꝯ̃ malatestas: vt improuisi senẽses inueniant̃. Quicq̃d egerit piccininꝰ si regnũ exierit: arbitrant̃ oẽs totã italiã rursus in arma tuiturã. Atqꝫ h̃ mõ geret̃ bellũ cõtra thurcos: nec meliꝰ in germania res se hñt: qũ impator ⁊ rex hungarie sicut nosti inter sese acerrima cõtentione depugnãt: deꝰ ecclie sue meliꝰ ꝯsulat. Cõmẽdo me dignationi tue ad eius mandata omni tpe paratũ. Ex roma kl. Augusti. M.cccclvij.

Epistola.ccclxxv.

Cõmẽdatoria singulariũ amicoꝝ.

Eneas cardinalis seneñ. archiepõ saltzburgeñ. S.p.d. Nicolaꝰ crewl capellanꝰ nr̃ dilectꝰ vẽturꝰ est ad dignitatẽ tuã quã rogamꝰ i agẽdis suis cõmẽdatũ hr̃e velis ab eo itelligẽs romane curie statũ ⁊ quõ res italie sese habeãt. Itaqꝫ nõ est opꝰ de his aliq̃d scribamꝰ. Nõ sumꝰ imemores bñficioꝝ q̃ a dignatione tua ꝑcepimꝰ dũ i germania essemꝰ: ⁊ quõ i saltzburga sepiꝰ a tua dignatiõe gratant̃ accepti ⁊ honorati fuimꝰ: ob quã rẽ erit nobis sꝑ cura vt tibi ⁊ ecclesie tue ꝓ nr̃a possibilitate vicẽ repẽdamꝰ. Insuꝑ qꝛ duo sũt i tua curia nobis a lõgo tpe dilecti iohẽs lauterbachiꝰ ⁊ iohẽs troster viri boni ⁊ fidelissimi: eos dignationi tue quoad possumꝰ efficimꝰ ꝯmẽdatos: reputaturi nobis impẽsũ q̃cq̃d iñ eoꝝ ꝓuisionis boni ꝑ te collatũ fuerit. Datũ rome kl. augusti. M.cccclvij.

Gratulat̃ de liberatiõe epi varadieñ. cuiꝰ noie regi scp̃sit ⁊ ab aplĩco scribi ipetrauit.

Epistola.ccclxxvi.

Eneas cardinalis seneñ. Johãni troster. S.p.d. Fecisti probe ꝙ nobis ex hungaria wiẽnaqꝫ singula scripsisti q̃ tum gerebant̃: audiuimꝰ inuiti illarũ partiũ tribulationes velit deus vt tandẽ p̃ncipes inclyte domꝰ austrie inter se reconcilient̃: Illud aũt libent̃ intelleximꝰ qđ de epõ varadiensi viro optimo significasti: cuius inocẽtia libertatẽ ꝯsecuta est. Nihil ꝓfecto h̃ tpe nobis iocundius significari poterat: tu de nobis sibi oĩa vera dixisti. Nã cũ audiuimꝰ capturã eius vehemẽter ꝓbatissimi patris fortunio cõmoti fuimus. scripsimusqꝫ mox regie maiestati q̃ nobis de patre sincero ⁊ optime merito testificãda videbãtur. Rogauimꝰ etiã põtificẽ maximũ vt lr̃as ad regẽ daret quibus relaxationeꝫ epi peteret: easqꝫ his obtinuimꝰ. Primas ꝑ casualẽ quẽdã tabellariũ misimꝰ. Secũdas vo ꝑ laurẽtiũ rouarellã destinauimꝰ q̃ nũcius aplĩcus ad regẽ ꝓfectus est: q̃ ꝙ̃uis tarde hinc venerint testimoniũ tñ ꝓ̃hebũt nr̃e in epm charitati. Postremo q̃ suades fecimꝰ. Cõgratulatorias em̃ eplãs eideꝫ epõ ⁊ misimꝰ ⁊ mittemus. Itaqꝫ nõ est cur verearis officiũ nr̃m requiri posse. De rebus curie nr̃e supsedimꝰ scribere: cũ nicolaus nr̃ crewl te cõuẽturus sit: ex quo cũcta vel minima q̃ in italia gerunt̃ habũde cognosces: Reliquũ est vt bene valere studeas. archiepõqꝫ fideliter seruias apud quẽ tua obsequia nõ erũt sine p̃mio. Nos aũt sꝑ tui memores erimus. Uale ⁊ si iacobus lotronus istic est: mille ei salutes nr̃o nomie dicito Ex vrbe roma kl. augusti. M.cccclvij.

Epistola.ccclxxvij.

Familiaris vt bene valeat.

[illegible] in curia medicorum
[illegible]
[illegible] Panorm
[illegible]

Eneas cardinalis seneñ. Johi lauterbachio. S.p.d. Ex nicolao nr̃o crewl tibi amicissimo cognosces q̄ apud nos gerūt̃ ⁊ q̄ nos in te aīo sumus. Nā queādmodū te iāpridē dilexim⁹: ita ⁊ nūc amamus: cupimusq̄ȝ tibi bn̄ eē ⁊ si qn̄ aliq̄d ꝓ facere possemus: nō eēt in nobis mora: ꝯfidimus tibi bene futuꝝ apud archiepm saltzburgeñ. Qui ꝓ sui singulari virtute seruitiis tuis debita p̄mia nō negabit. Uale igit̃ ⁊ nos eidē archiepō ita offeras vt intelligat nos sibi cō placēdi cupidos eē. Datū rome kl. augusti. M.cccclvii.

Epistola.cccLxxviij.

Cōsolatoria sup morte filij.

Eneas cardinalis seneñ. dño de rosenberg. S.p.d. Magno merore affecerūt nos lr̃e amicoꝝ q̄bus clarissimū ⁊ spectatissimū filiū tuū henricū dieꝝ clausisse extremū cognouimus. Doluim⁹ certe illū in flore sue iuuentutꝭ ex hac luce migrasse: cū multa ⁊ ꝓ domo tua ⁊ ꝓ inclyto regno bohemie facē poterat: tū vo istud molestissimū fuit ꝗ senectuti tue ⁊ baculū ⁊ solamē ereptū esse vidēbamus. Sȝ cū cogitamus aī tui sapiētiā: nō dubitam⁹ q̄n ꝯsolationē ipse rerū mortaliū vsus tibi p̄beat. Frequēter accidūt hec: sepe filij patres i morte p̄cedūt raro est senex q̄ plures ex suis filijs nō p̄miserit. Tolerāda sunt hec: nec dolore cōsiliū est: vbi dolor nihil affert p̄sidij. Acq̄escendū ē diuine volūtati oīa deus i vsū meliorē ꝯuertit: nihil ip̄e pperā: nihil temē agit. Ille sapiēs hō ē q̄ ea vult q̄ velle deū nouit. Nos filiū tuū i eo statu in eo tp̄e vocatū a deo nō ambigimus: in q̄ illi melius fuit exuisse hoīem. Itaq̄ȝ q̄uis nō dubitamus magnificētiā tuā q̄eto esse aīo: ⁊ ea velle que deus voluit: tn̄ ꝓ nr̃o officio rogamus vt hec humana equa mēte feras. ⁊ q̄d restat eui cū reliq̄s tuis filijs dulciter ac suauiter traducas. Id erit nobis supra q̄ȝ dicere possum⁹ acceptū. Diligim⁹ em̄ sūmope p̄sonā tuā: nec obliuioni dare possumus quāta nos charitate in wiēna quōdā cōplectebaris: ⁊ deniq̄ȝ sp nobis ante oculos est humāitas illa atq̄ȝ vrbanitas: quā nobis ⁊ ꝓcopio rabensteyno oñdisti in crūmenaw: ita em̄ nos ardēti charitate ⁊ vt aiūt euiscerata dilectione suscepisti: vt oī tp̄e nos ⁊ tibi ⁊ natis tuis ⁊ his q̄ nascent̃ ab illis obnoxios eē putem⁹: ⁊ h̄ quidē oñdem⁹ si vnq̄ȝ sese facultas obtulerit. Reliq̄ referet nicola⁹ crewl capellan⁹ nr̃ dilectus quē tue magnificētie cōmēdam⁹: cui tāq̄ȝ nobis credētie fidē plenā adhibere velis. Datū rome kl. augusti. M.cccclvij.

Consolatoria [?] super morte filii.

Sapiens ille qui ea vult, quae velle Deum novit.

Epistola.cccLxxix.

Post regiā maiestatē recōmēdatā refert grates epi varadieñ. de emācipatiōe.

Eneas cardinalis seneñ. Ladislao regi hūgarie. S.p.d. Cū supiorib⁹ diebus iohēs varadiensis eps apud budā in vincula ꝯiectus esset. Idq̄ȝ tuo iussu factū diceret̃: egre id mihi duplici de cā fuit. Nā ⁊ p̄sulis integerrimi ac mihi amicissimi infelicitati cōpatiebar: ⁊ honorē tuum parumper obnubilari dolebam: cū epm de tua serenitate optime meritū ⁊ doctrina preditum singulari tua sublimitas in carcerē retrusisse affirmaret̃. Scripsi itaq̄ȝ mox excellētie tue q̄ mihi in ea re faciēda videbat̃ ꝓ gloria tua: queādmodū fideles famuli benignis dñis suis cōsulere aliquādo solent. Scripsit etiā sanctissimus dñs nr̃: semel atq̄ȝ iterū. Nā qui varidiensem pontificē ⁊ v̄tute ⁊ noīe optime preditū intellexisset: nō poterat ei (cū indigna ferret) nō opitulari. Nescio an hmōi lr̃e tuā sublimitatē adierint. Illud nūc relatū est ꝗ tuā hāc curiā gaudio repleuit nō sine precipua ⁊ ingenti laude tue sublimitatis. Nā cum eps idem nō tuo motu: sed aliquoꝝ potentū impulsu: quibus nō facile resistere poteras in captiuitatē ductus affirmaret̃: nūc illud plane ꝯ̄ q̄d innocentē p̄latū quē alieno impulsu cepas: tua spōte solūmō relaxasti: ex q̄ re patefacta est animi tui innata ꝓbitas ⁊ epi innocētia liquefacta. Quippe sanctissim⁹ dñs nr̃: totusq̄ȝ cardinaliū cet⁹ rectitudinē animi tui ⁊ singularē prudentiā magnis extollunt preconijs. Ego vo qui eundem epm iamdudū virum probatissimū esse cognoui: eiq̄ȝ singulari amicitia sum cōiūctus nō solū laudo circūspectionē ⁊ bn̄ficētiā tuā: s̄ grās q̄s possuȝ tue serenitati ago

ꝑ salute hoī amicissimo restituta. Intelligēs nō me minꝰ ea de cā tue glorie obligatū q̄ ipm epm. Erā etiā ante seruitor sublimitatꝭ tue multis de causis obnoxius: ſ accedēte h̄ beneficio: nihil est qd iā mihi reliq̄ sit: qn totū qd possuz maiestati tue debeā. Ex roma nonis augusti. M.cccclvij.

Captat beniuolentiā / ⁊ capellanū suum cōmendatū faciat.

Epistola.ccclxxx.

Eneas cardinalis seneñ. Electo vratislauiēsi. S.p.d. Reuertit̄ ad partes istas dilectus capellanꝰ nr̄ nicolaꝰ crewl: canonicus vratislauiensis: tibi iā pridē notus ab eo sentiēs q̄ cūcꝫ apud nos gerūt: ⁊ q̄s aius nr̄ erga te sit: q̄ ⁊ tibi ⁊ domui tue nobilissime tāto magis afficimur: quāto indies pr̄is tui fratrū ⁊ tua erga nos merita magis recolimꝰ. Itaqꝫ nō erimus in scribēdo lōgiores Tantū dignationi tue nicolaū cōmēdamꝰ. Rogātes siqua sūt q̄ ꝑ nos tui cā fieri possint: ita de nobis cōfidas: queādmodū veri amici int̄ se cōsueuerūt. Datū rome nonis augusti. M.cccclvij.

Mere familiaris.

Epistola.ccclxxxj.

Eneas cardinalis seneñ. henrico senftleben. S.p.d. Per nicolaū nr̄m canonicū vratislauiēsez q̄ nūc in alamaniā reuertit̄: nō putamꝰ necessariū eē multa scribē. Ita em̄ repēte facturꝰ est iter vt multi eū p̄cessuri sint. Visitabit em̄ quocūqꝫ i loco suo ex more cōpatres atqꝫ cōmatres. Nec dubitamꝰ euz cū ad te venerit q̄n volūtates italicas meliꝰ referre q̄ ab eo discere valeas. Itaqꝫ parcimus vbis. Tm̄ rogamꝰ vt in re illa varimēsis eccl̄ie si q̄d ei cōmittēdū videt̄ id ꝓ tua prudētia facias. Est em̄ vratislauiā petiturus vt ait: ⁊ a nobis hēbit l̄ras ad epm illū credētiales: vt si opꝰ fuerit eis vti possint. Reliqua ex eo audies quē fortasse licentiatū in decretis habebis. Vale ⁊ amicis nr̄is nos effici cōmendatos Datū rome nonis augusti. M.cccclvij.

Refert noua italie ⁊ se quantulus sit in toto pollicet̄.

Epistola.ccclxxxij.

Eneas cardinalis seneñ. iohi cardinali sci angeli. S.p.d. Que supioribus diebꝰ apud nos gesta sūt: ea iā ꝑ alias l̄ras tue dignationi significaui. Nūc subijciā q̄ secuta sūt: exinde scies q̄d sperādū sit: q̄d ve timēdū cōi xp̄ianorū cause. Dn̄s noster sanctissimꝰ nōnullā aduersus vrsinos indignationē induit adeo vt etiā nepotē suū eccl̄iastice militie ducē cōtra illos miserit: castrūqꝫ sci gregorij ab eis extorserit: nūc cōcordia tractat̄. Expectamꝰ exitū rei pacēqꝫ magnope cupimus. Nā bella huic ciuitati charitatē annone nō ꝑuā inducūt. Fuit ipe sanctissimus dn̄s nr̄ his diebus aliquātisꝑ egrotꝰ: nūc diuino munē cōualuit: cuiꝰ prudētia nō ē dubiū: q̄n reipublice salubrit̄ cōsulat. Nepotes eiꝰ q̄ p̄triarchā legatū in oriētē secuti fuerāt: atqꝫ ibi ob q̄dā malefacta cōp̄hēsi nudiusq̄rtus redire. vtqꝫ se crimine purgēt patriarchā criminant̄: ſ dn̄o nr̄o ⁊ sacro collegio cognita ē illius legati integritas atqꝫ cōstantia: nec sinistri q̄cq̄ de eo facile credit̄. An autē nepotes ipi culpabiles sint vt legati nūcij tradūt. id alij inuestigēt. Ego ⁊ accusatores ⁊ excusatores eoꝝ eq̄s auribus accipio. Rex aragonū bellū habet cōtra ianuenses acerrimū: ⁊ nūc vna nūc altera ꝑs naues in mari ꝑdit: ſ ipsa ianua miro afflicta est. q̄ nō regis tm̄ ſ etiā suoꝝ exulum armis p̄mit̄. Permus dux eius magno vir aio ⁊ manu ꝓmptissimus: miseros ciues territat: q̄ se nō alio mō q̄ morte imperiū positurū affirmat: ⁊ nūc hunc nūc aliū ciuē ad necē rapit: qui suis consilijs aduersat̄. Rex aūt ꝑ hos dies vt fama ē insigne opidū. Scarlinū noīe in tuscia lucratꝰ est: si veꝝ est qd hodie mercatoribꝰ scriptū ferūt. Id erat in ꝑtāte dn̄i plūbinēsis. Ob quā rē sūt q̄ arbitrant̄ nō q̄etuꝝ regē nisi ⁊ plūbini dn̄io potiat̄. Quod si obtinuerit locū hēbit oportunissimū vn̄ seneñ. florētinos ac ianuēses cū velit lacessere possit: atqꝫ vtinā nō ex h̄ pax italica ꝓturbet̄: hoc est italia. Que aūt i germania gerunt̄ optime nouit dignatio tua. Cupio scire vbi locoꝝ atqꝫ gentiuz sis

q̄d agas q̄ bene valeas ⁊ q̄ spes sit rebus agēdis. Sūt em̄ q̄ dignationē tuā egro
tantē se reliquisse affirmāt q̄ res mihi molestissima est. Ea ꝓpter suadeo hortor ⁊
obsecro vt sanitatis curā geras: curesq̄ vt aliq̄n reuertaris hilaris ⁊ sospes: qđ
oēs amici tui maxie cupiūt. Ego ꝟo nihil magis desidero q̄ te in domo tua rome
sepe videre ⁊ alloq̄: ac ꝓ veteri ꝯsuetudine mānsuetudine tua ⁊ benignitate ꝑfrui
Nō offero me dignationi tue: aut familie tue vel amicis aliq̄d apud sūmū pōtifi
cē ꝓcuratuꝝ. Nā ⁊ minimū est qđ possuꝫ ⁊ dignatio tua potentissimos cardinales
hꝫ q̄ eius negocia fidelissime gerūt: Itaq̄ nō ē cur mea indigeas opa. Ego tn̄ q̄n
tulus sum ⁊ tuus sp̄ fui ⁊ ero. Ex roma nonis augusti. M.cccclvij.

Excusatio ꝯtra murmur gra
uaminis germanice nationis.

Epistola.ccclxxxiij.

Eneas cardinalis senen̄. Martino mayer. S.p.d. Iocūde nobis fuerunt
lr̄e tue: quas in cā decani mogūtini ad nos scripsisti: erāt in eis plures par
tes quibus breuit̄ rn̄debim⁹. Cōgaudes de nr̄a ad cardinalatū ꝓmotione
nō est ea res nobis dubia. Siq̄dē noster honor tuus honor est: ⁊ hāc dignitatem
nō minus tibi creditā q̄ nobis eē: equū est te arbitrari q̄n int̄ nos vera est ⁊ stabi
lis amicitia que iubet inter amicos oīa estimari cōia. Quippe si q̄n aliq̄d occurre-
rit in quo vel tibi vel ꝯsanguineis aut amicis tuis ꝓdesse possum⁹ ondemus nos
memores eē veterꝭ beniuolētie ⁊ dulcis vsure quā simul in multꝭ locis habuimus.
Que scripserūt nobis p̄ncipes electores: ⁊ tu etiā ꝓ decano mogūtino nō obau-
diuimus: nā etsi ꝑpositurā wormacien̄. apud nos libent̄ retinuissemus: cōcorda-
uimus tn̄ cū ꝓcuratorib⁹ eiusdē decani de ꝑmutatiōe vt tā dictis p̄ncipib⁹ q̄ tibi
⁊ ipsi decano quē iādudū cognouim⁹ ⁊ amauimus: rē gratā faceremus dam⁹ nūc
opam vt lr̄e expediant̄ oportune. Illud aliquātulū duꝝ est qđ in calce lr̄aꝝ tuaꝝ
scribis q̄relas. s. magnas fieri de romana curia q̄ nationē germanicā multꝭ incō-
modet modis. Quatuorq̄ capita tāgis. Unū est q̄ decreta cōstantien̄. ⁊ basilien̄.
cōciliorꝝ cōpactataq̄ natiōis mīme obꝟuent̄: ⁊ q̄uis in h̄ articulo oīa cōtineri vi-
deant̄: tn̄ specificas q̄ electiones canōice facte nō ꝯfirment̄ q̄ magna vis pecunia
rū ab his q̄ beneficia ꝯsequūt̄ extorquet̄ q̄ sub colore indulgētiarū ⁊ decimaruꝫ
varijsq̄ modis ex alamania pecunie hauriūt̄: ⁊ deniq̄ subiūgis de gr̄a nr̄a quaꝫ
obtinuimus de bn̄ficijs in cōmēdā habēdis quā insolitā esse asseueras. Cogimur
ad hec nō nihil rn̄dere: ⁊ in primis q̄dē fatemur q̄ scribis inclytā. s. nationē vr̄am
olim fuisse florentē ⁊ suis virtutibus romanū imperiū meruisse. Adijcim⁹ tn̄ ⁊ il-
lud excellentissimā beati petri sedē postq̄ ille martyrio coronat⁹ est: sp̄ rome fuis
se in qua q̄ sederūt: vicariatū xp̄i tenuere: clauesq̄ ligādi atq̄ soluēdi penes se ha
buere: siue greci: siue itali: siue germani aut ex alia gente fuere: nec nūq̄ regni cele
stis introire ianuā potuisse q̄ romanorꝝ pontificū auctoritatē cōtumaciter cōtē-
ꝑsere: nec hodie illis gloriādū eē q̄ auctoritate ꝓpria leges sibi ꝯstituūt. q̄bus pro
suo libito romane sedis iussiones sperne̅ possint. Hos em̄ catholica veritas nisi
resipuerint ante obitū. ignis eterni mācipio sine intermissiōe deputat. Fatemur
insup̄ aliq̄n in romana curia quā regūt hoies aliqua fieri que digna essent emēda
tione. nec dubitamus ipsos romane vrbis p̄sules etiā inquātū hoies falli errare.
labi ac decipi posse. Sed vt ad querelas tuas veniamus dicimus tibi: dignū eē vt
cōpactata cū vestra natione seruent̄. Idq̄ semp̄ p̄dicauim⁹ ⁊ in futurū p̄dicare
nō omittem⁹. Siq̄dē nationi tue a q̄ plurimū sumus honorati: nō minus q̄ nr̄e
afficimur. Verꝝ cū dicis decreta basilien̄. ꝯcilij nō custodiri. Idq̄ putas iniurio-
sum eē nationi indignā dicimus eē q̄relā tuā. Propter decreta em̄ basilien̄. ꝯcilij
inter sedē ap̄licā ⁊ nationē vr̄am discidium cepit: cū vos illa ꝑsus tenēda dicere
tis ap̄lica ꝟo sedes oīa reijceret. Itaq̄ fuit deniq̄ ꝯpositio facta: i qua nos impa
torio noie interfuimus: eā certā legē dedit deinde inuiolabilit̄ obseruādā: ꝑ quaꝫ
aliq̄ ex decretis ꝯcilij p̄dicti recepta vident̄ aliqua reiecta. Itaq̄ nō iuste agis: si
ꝑ oīa ꝟuāda eē decreta ꝯtēdis. Sꝫ venio ad electiones quas passim cōtēni refers

hoc nos nō inuenimus ita esse vt asseueras: nā postq̄ ex alamania huc venimus
plures ecclesie cathedrales eiusdē nationis vacauerūt: in quibus vel postulatio
nes facte vel electiones fuere. De postulationib⁹ nihil est qd̓ obijci possit: nā ille
ex grā pendēt etiā vetusto iure. liberūq̄ est pōtifici maximo eas admittē vl̓ reijcē.
Electiones aūt si canonice fuerint cōpactatoꝝ vigore cōfirmationē merent̄. nec
repelli pn̄t: nisi de vtiliori ꝑsona. Roman⁹ pōtifex de ꝯsilio fratrū suoꝝ sancte ro
mane ecclesie cardinaliū duxerit ꝓuidendū: ſ neq̄ hic est aliq̄d qd̓ rep̄hendi me
rito possit. De tp̄e dicimus quo ro. curiā seq̄mur. Neq̄ eñ (iā biennio tm̄ est q̄
hic sumus) vlla electio huc allata est: q̄ rite ⁊ canonice facta cōꝑta sit. Naꝫ tra
iectēsis electio de qua magni rumores habiti sunt: in ꝑsonā excōicatā ceciderat.
Alie v̾o alios defectus habuere. Itaq̄ vides nō eē cur vr̄a natio circa electiōes
iustā q̄relā habeat. Qd̓ deinde subiūgis extorq̄ri multū auri ab his q̄ dignitates
vel alia beneficia assequunt̄: nō est cur de hac sede cōq̄ramini: ſ poti⁹ de cupidita
te ⁊ ambitione vr̄oꝝ hoim: q̄ currētes ꝓ ep̄atib⁹ inuenietes cōpetitores: his qui
bus palatiū patet certatim pecunias offerūt. Illi v̾o q̄ alloq̄ pōtificē pn̄t: nō sūt
oēs siles angelis: ſ quales in almania. Galliaq̄ multos repias. recipiūt eñ qd̓ of
fert̄ nō extorquēt: roman⁹ aūt p̄sul solus in thalamo suo nūc hos nūc illos audit
⁊ illos ꝓmouere solet q̄ magis cōmēdant̄: nec scit nec etiam arbitrat̄ pecunie cā
hos aut illos cōmēdatione p̄ferri. Nec sibi plus auri dat̄ q̄ cōcordata ꝑmittant
nisi fortasse aliqñ occasione expeditiōis ꝯ thurcos: aliqñ sup annata recepit: qd̓
sibi ꝓfecto nō fuit in tāta necessitate negandū: habes ſ in hac pte r̄nsionē r̄ram
de pecunijs indulgētiaꝝ miramur fieri q̄relā. Nā ille postq̄ collecte fuerāt ꝓfe
cto romani pōtificis arbitrio nō alteri⁹ erāt distribuēde. De decimis q̄ꝫ credim⁹
nō esse indignū quod refers. Nā si alie nationes ꝓ expeditiōe cōtra thurcos ha
bēda decimas exhibēt: nō videmus cur etiā theutones nō cōtribuant. Laudam⁹
tm̄ in ea re debitos adhiberi modos. Ceterū cū tota questio de pecunia vertat̄. di
cimus hāc vetustissimā eē querelā: q̄ nūq̄ auferri potuit sp̄ eñ sūt hoies pecunia
rū auidi: ⁊ quodāmodo insatiabiles: q̄ cū multa lucrari velint exponē aliquid sacri
legiū putāt: nec vlla gēs est que aīo equo ex regione sua asportari aurū ferat. Hū
gari alamanos ea potissimū cā detestant̄: q̄ in regno suo negociātes multū auri
asportāt. Eadē querela est polonoꝝ. eadē danoꝝ. In alamania q̄ꝫ q̄ plures gen
tes reperiem⁹ quaꝝ altera incusant alterā quasi argēti sui extortricē: nec curie ve
stroꝝ pōtificiū accusationib⁹ carēt. Patet itaq̄ lōge lateq̄ h̄ genus querelarum.
Verū q̄r dicis germaniā vr̄am quondā ditissimā fuisse: nūc v̾o ꝓrsus exhaustaꝫ
⁊ omni ere vacuā esse: nos cōtra sentim⁹ illudq̄ audacter dicimus: nūq̄ germa
niā ditiorē fuisse q̄ hodie: nunq̄ ornatiorē: nūq̄ armis potentiorē: si vni dn̄o pa
ruerit. Nāq̄ si legamus vetusta tp̄a: inueniemus germanos olim ritu vixisse bar
baro: vestibus vsos laceris. Venatiōi tm̄ ⁊ agroꝝ culture dedisse opam: feroces
quidē homines ⁊ belli appetentes: sed argenti ꝓrsus inopes: q̄bus q̄ppe nec vini
vsus erat. Ipsaq̄ germāia intra mare ⁊ danubiū: rursusq̄ intra rhenū ⁊ albini cō
tinebat̄: nūc v̾o quātū trāsgressa sit suos limites nō ignoram⁹. Nam plus fere est
q̄ extra nacti estis in gallia: retia: notico: vindelico atq̄ in ip̄a scithia seu sarma
tiaq̄ qd̓ intus habuistis. Quid memorem⁹ nobilissimas vrbes vr̄as ⁊ splēdidissi
mas: ditissima templa opulentissimos principes ac p̄latos: certe nō videmu⁹ ꝓ
uinciā esse q̄ cōputatis oibus vr̄am supet: q̄ si resurgeret aliquis illoꝝ theutonū
qui tp̄e iulij cesaris vixit: germaniā peragraret: vt arionistis: ꝓfecto diceret non
esse eam terram quā olim viderat: negaretq̄ suā eē patriā: cū vinearū ⁊ arborūꝫ
fructiferaꝝ cōsitiones: vestitus hoim: vrbanitatē ciuiū. splendorē vrbiū: tantāq̄
nitidā politiā apud vos cōtuerēt. Verū hāc mutationē q̄s fecit in vobis nisi re
ligio xp̄i. Cultus quippe xp̄iane religionis a vobis barbariem oēm expulit: atq̄
ita expoliuit: vt iaꝫ greci ipsi barbari: vos autē recti latini appellari mereamini.
Cultū autē salutifere religionis si veꝝ fateri vultis. Roma vobis ⁊ ap̄lica sedes

dedit que predicatores ad vos mittēs idolo℞ relinquere cultum: ⁊ verū deū co-
lere docuit. Plus est hoc martine ꝙ aurum ⁊ argentum: plus est quod accepistis
ꝗ̄ quod datis: Itaqꝫ decet vos accepti beneficij memores esse: quod quidē tātū
est vt nulli possit thesauri cōpensari. Transimus modo ad eā eplē tue partem q̄
nos concernit: dicis nos ⁊ alios plerosqꝫ sancte romane ecclesie cardinales inso
litas apud nos reseruationes habuisse: indeqꝫ multos exoriri rumores. Nos et
metensem olim cardinalē: ⁊ alios nōnullos silibus vsos gratius comptum habe
mus: ⁊ ab illis lr̄arū nostra℞ formā extraximus. Rep̄hendis ꝙ he lr̄e cōpactat[is]
aduersari videant̄: dicimus nihil in eis esse cōtra ea que cōcordata vocant̄: nisi
fortasse illud recenseat̄: ꝙ etiā monasteria reseruari vident̄: in quib⁹ electioni lo-
cus esse debet. Nos de hac parte abunde satisfecimus dn̄o nr̄o. Duo em̄ diximꝰ
eius beatitudini. Primū ꝙ nullius monasterij electionē impedire vellemꝰ. Alte
rum ꝙ nullū monasteriū acceptaturi essemꝰ cōtra volūtatē eius p̄ncipis in cuiꝰ
ditione situm esset: ⁊ ita ꝓcuratoribus nr̄is dedimꝰ in mandatis. Quod si putas
etiā collegiatarū p̄posituraꝝ electiones cōfirmādas eē: neqꝫ debuisse nos earū
reseruationes acceptare: longe falleris: nā cōcordata ipsa dignitates p̄mas post
pōtificales ⁊ in collegiatis ecclesijs principales aplīce sedis dispositioni permit
tunt: in alijs aūt beneficijs inferioribus habet ipsa sedes suos menses ꝙ si super
hmōi beneficijs ac dignitatibus reseruationes obtinuimꝰ: accepimus a summo
pontifice quod nobis cōcedere potuit sine cuiuspiā iniuria. Sed arbitraris for-
tasse beneficia que in germania sunt: germanis potiꝰ cōmitti debere ꝗ̄ extraneis
nec nos aliter sentimꝰ. Sed cū nos iā annis supra. xxiiij. germaniā incoluerimꝰ:
nō reputamꝰ extraneus existimari debere: cūqꝫ impatori ipsiqꝫ nationi longo tē-
pore sūma fide magnis laboribꝰ seruierimꝰ: ⁊ nūc ad cardinalatū recepti: ea cu-
remus que nationis ipsiꝰ honori atqꝫ vtilitati ꝯducant: ⁊ ita ꝓrsus agamꝰ vt na-
tioni germani potiꝰ ꝗ̄ itali putemur. Nō iudicauimꝰ tribꝰ illis ꝓuincijs mogun
tine: coloniensi: treuerensi: indignū videri aut graue censeri: si annuo duo milia
ducato℞ in eis obtineremꝰ ex illis beneficijs q̄ sedes aplīca ꝯferre haberet. Pu
tauissemus etiā maiora in eadē natione cui sp̄ seruiuimꝰ sponte offerri: sed nō fu-
mus nos insatiabiles. Cōtentamur eo qđ pro debiti status ꝯseruatione sufficiat
nec plura circa h̄. Qꝫ aūt opas tuas ad id offers vt gr̄e nr̄e fructū cōseqmur: agi
mus tibi gr̄as q̄ ptes amici nō negligis. Idqꝫ rogamꝰ vt interueniēte casu opor-
tuno ꝓrsus efficias. Scis q̄ sit mens nr̄a ⁊ quō gr̄am nr̄am restrictā eē volumꝰ:
si qua p̄positura vacauerit aut ecclia parochialis magni redditꝰ velis ita efficere
vt ad cōplemētū gr̄e nr̄e ꝑuenire possimꝰ. Deniqꝫ reqris an aliqđ dicēdū facien-
dūue sit circa eā p̄tē q̄ nationē v̄rām ⁊ aplīcā sedē cōcernit. Rn̄demꝰ futurū esse
ad p̄ncipes electores nūciū aplīcū laurētiū rouarellā cum eo poteris sup̄ hac re
pleniꝰ loq̄: sibiqꝫ cūcta cōicare q̄ ꝓ sua circūspectione nō ignorabit: qua via sit in
talibꝰ incedendū. Nobis tn̄ illud ꝯsiliū videret̄ ꝙ p̄lati ⁊ principes v̄ri si qua ire
grauamina sibi nō digna inferri putāt: legatos suos ad romanū pōtificē mittere
nō postponerēt. Et q̄ sunt illa in qbꝰ grauarent̄ exponerēt. peterētqꝫ debitā fieri
reformationē. Nā sedes ista ꝓ sua insita māsuetudine v̄ris votis (q̄ q̄dē rōe sub
nixa essent) nūq̄ꝫ denegaret assensuꝫ. Nos aūt etsi parū valemꝰ: studia tn̄ nr̄a sp̄
in eo dirigemꝰ: vt inclyte nationi germanice dum equa postulauerit mos gerat̄.
Vale optime archiep̄o moguntino cui ꝓ veteri noticia sumꝰ affectissimi effice cō
mēdatos. Ex roma die. viij. augusti. M.cccclvij.

Congratulat̄ ep̄o varadieñ. e vinculis emācipato.

Epistola. cccclxxxiiij.

Aeneas cardinal' seneñ. ep̄o varadiēsi. S. p. d: q̄ntū de captiuitate tua indig[n]
⁊ acerba doluimꝰ tātūmō de liberatiōe gauisi ⁊ sūmope exhilarati sumus.
Quippe nō solū dignationi tue cuiꝰ bonitas ac inocētia magnifice patefa-
cta est. verꝫ etiā serenissimo regi ladislao ꝯgaudemꝰ cuiꝰ bn̄ficentia ⁊ ai rectitudo

indies magis ac magꝭ elucescit. Nā̄qꝫ sicut nobis relatū ē: cū ꝑsona tua i arce bu-
dēsi retēta fuit: mīme aīus regiꝰ ad eā rē inclinatꝰ erat: ꝫ seduxerāt eū eoꝝ ꝯsilia q̄
tue v̄tuti inuidebāt: nec rex adhuc iuuēculus ⁊ i regno nouꝰ magnis ꝯsultoribꝰ ad-
uersari audebat: cessit furori loco ⁊ tpi. Illud tñ cauit ne q̄d i corpꝰ tuū emuli tui
molirent̄. Sꝫ nūc q̄ sua mēs fuerit apte liq̄t. Nā q̄ alieni ꝯsilio atqꝫ iportūitate
dignationē tuā in carcerē ꝯiecit: idē suapte igenio libertatē tibi restituit. O quāꝫ
rē nemo ē q̄ nō itelligat capturā tuā ab emulis tue ꝓbitat̄. Liberationē v̄o ac sa-
lutē a solo rege ꝓcessisse. Est igr̄ qđ ⁊ tu serenitati regie queādmodū hactenꝰ feci
sti: ita ⁊ i posteꝝ sūma cū itegritate v̄uias. Nos aūt ⁊ ceteri q̄ te amamꝰ grās refe
ramꝰ qđ nos q̄dē mīme negligemꝰ. Eramꝰ hactenꝰ occupati vt liberationē tuam
lr̄is aplicꝭ ⁊ nr̄is ꝓcuraremꝰ q̄s his regio culmi trāsmisimꝰ. q̄ꝝ p̄mas mox itelle
cta nouitate trāsmitti curauimꝰ. Alēas v̄o laurētiꝰ rouarella nūciꝰ aplicꝰ secū at-
tulit. Cui ēt v̄bo ꝓcuratio tue salutꝭ nobis āmitētibꝰ ꝯmissa fuit. Sꝫ itelligimꝰ euꝫ
tuā dignationē iā restitutā liberati iuētuꝝ qđ q̄dē gratissimū ē. nā ⁊ regratiari re
gi q̄ꝫ supplicare lōge ē p̄stantiꝰ ⁊ honor tuꝰ maior ꝓculdubio reddit̄: cū nō p̄cibꝰ
ꝫ innocētie libertatē tuā ꝯcessaꝫ eē manifeste liqueat. Rogamus igr̄ deiceps bo-
no aīo sis ⁊ iocūde viuas de nobis v̄o tāq̄ꝫ de veteri ⁊ fideli amico fiduciaꝫ obti-
neas sciēs q̄ votis tuis q̄ q̄dē nr̄a in ptāte fuerit nūq̄ꝫ deerimꝰ. Uale ⁊ reuerēdissi
mis patribus strigoniēsi ⁊ sci angeli cardinalibus aplice sedis legatꝭ si qñ cū eis cō
ueniēs memoriā nr̄i facito. Datū ro. die. x. augusti. M.cccclvij.

Excusatoria de grauamine nationi germanice illate ⁊ p̄cat̄ pacē cū ladi-
slao inire ⁊ contra thurcos gladiū vibrare.

Epistola. ccclxxxv.

Alixtus eps̄ ſuꝰ ſuoꝝ dei. Charissimo i xp̄o filio friderico rōanoꝝ impato
ri sp augusto. s. ⁊. a. b. Quis aplice sedi sicut placuit altissimo p̄sidētes: ea
nos sp cura tenuerit: vt inclyte nationi germanice ꝓ nr̄a possibilitate cō-
placeremus: ⁊ oībus illic ad nos ꝯcurrētibꝰ faciles ac benignas p̄beamus aures
Nup tñ sicut nob̄ relatū ē: nōnulli ex venerabilibꝰ frībus nr̄is ac dilectꝭ filijs no-
bilibus viris rōani impij electoribꝰ ⁊ alij pleriqꝫ p̄ncipes ac p̄lati natiōis eiusdē
dieta q̄dā sine ꝯuētu int̄ se celebrato oratores suos ad te misert̄: q̄ de nob̄ deniqꝫ
curia nr̄a nō ꝑuā q̄relā faciētes int̄ cet̄a exposuisse ferūt̄ q̄ nos diuersis mōis na
tionē ipāꝫ agguātes q̄ int̄ te noīe nationis ⁊ āncessorē nr̄m felicis recordationis
nicolaū papā. v. ꝯcordata fuert̄: mīme adimplē aut obſuare curemꝰ. Quibus ex
rebus ⁊ si ñ dubitemꝰ serenitatē tuā ꝓ sua erga rōanā ecclīaꝫ eximia deuotiōe: il
loꝝ q̄relas acrit̄ ac debite ꝯfutasse: dignū tñ putabimꝰ sup his q̄ nob̄ obijciūt̄ sin
ceritatē ⁊ inocētiā nr̄āꝫ tue sublimitati ꝑspicuā ac māifestā efficē vt si qñ posthac
silēs q̄rimōie ad tuas aures deferāt̄: habes ex nr̄is lr̄is qđ murmurātibꝰ ac detra-
hētibꝰ hoībus r̄ndēatqꝫ obijcē possis. Eq̄dē cū nos oēs xp̄iani orbis natiōes be-
nigne q̄ntū cū deo possumꝰ tractare curemꝰ: p̄cipue tñ germāicos p̄ncipes ac pla
tos singl̄ari q̄dā charitate ⁊ p̄cipuo ꝓsecuti sumꝰ affectu. Neqꝫ eñi nos latet quo
fauore amplectēdi sūt ecclīaꝝ p̄sules: ⁊ seculi p̄ncipes honore p̄ueniēdi. vt illos
fratꝝ ⁊ istos filioꝝ loco sua cuiqꝫ dignitate ſuata hr̄e debemꝰ. Sūt euāgelia sacra
sp añ oculos mētꝭ nr̄e: scōꝝ qꝫ patꝝ decreta sedulo in aīo voluimꝰ. Nouimus quid
epis liceat: q̄d p̄ncipes deceat: q̄d officio sūmi sacerdotꝭ incūbat. Neqꝫ cordi nr̄o
q̄cq̄ꝫ tenatius heret q̄ ita sacros canones obſuare. vt idonei misterioꝝ xp̄i dispē-
satores iueniamur. Nota ē oībus aplice sedis auctas: māifesta cuiqꝫ p̄me sedis
dignitas: vulgata ꝑ orbē vicarij dei ptās. Cui dictū ē a dn̄o. Pasce oues meas: ⁊ qđ
cūqꝫ ligaueris sup t̄rā: erit ligatū ⁊ i cel: ⁊ reliq̄ q̄bus i euāgelio. Rōani p̄sul emiē
tia diuinitꝰ declarat̄. Quibus ex rebꝰ ñ ē: cur aliq̄s opa nr̄a crimiari possit tāq̄ꝫ la
tius euagemur q̄ꝫ nobis liceat aut tāq̄ in aliena messeꝫ falcē mittē videāt̄: cū nō
huius aut illiꝰ ꝓuicie ꝫ vniuersi orbis p̄sulatū i aplice sedis specula ꝯsecuti sumꝰ
q̄ cū ita sint. scimꝰ tñ eos q̄ vocati sūt i ꝑtē solicitudinis nō eē turbādos: suamqꝫ

cuiqꝫ iurisditionē nisi forsitan abutant̃ seruādā esse nō ignoram⁹. Eapropter ita
nos gerere in hāc vsqꝫ diē curauim⁹. ne q̄ de nobis cuiuis hoim q̄rela cōpetē pos
sit. nec putam⁹ aliq̄s eē q̄ se lesos aut spretos a nobis dicāt. nisi fortasse aliq̄ fuerit
q̄ desideria sua nō recte metiētes. tūc se cōtēptos ac grauatos arbitrant̃: cū petitio
nib⁹ eoꝝ iniustis nō ānuim⁹. Sꝫ audiuim⁹ rumorē eē tāqꝫ nos auꝝ ex natiōe tua
supra quā deceat extorq̄am⁹. Iniuriant̃ ꝑfecto nobis: ⁊ a vero lōge recedūt: qui
talia dicūt nihil vnq̄ nr̄o noīe ab his extortū ē. q̄b⁹ bn̄ficia ꝯtulim⁹: vt illi garriūt
Nihil exactū: nihil petitū: p̄ter annatā vetusto iura debitā. At si q̄ ꝯ̄ thurcos pecu
niaria nobis subsidia obtulerūt: nō recusauim⁹ nec recusare quidē debem⁹: ꝓ tā
ta xp̄iane religiōis necessitate. Pecunias aūt hmōi ⁊ al's vndecūqꝫ veniētes: nō
vsurpam⁹ nobis. Nō recōdim⁹ in archa: nō exponim⁹ in iocalib⁹: nō ꝯsumim⁹ in
delicijs: s in defensionē fidei ꝯuertim⁹ ⁊ in oppr̄ssione ꝑfide thurcoꝝ gent̄ ad nr̄m
exterminiū sp intēte. Innumerabiles sūt ⁊ intolerabiles nobis q̄s indies subim⁹
expēse: nūc in oriētē legato classis nr̄e: nūc i albaniā scanderbechio fortissimo xp̄i
athlete indefessoqꝫ bellatori: nūc legatꝭ ⁊ oratorib⁹ in diuersas mūdi ꝑtes emissis
nūc istis nūc illis ꝑ greciā ⁊ asiā laborātib⁹: ne destituti ꝑiclitarent̃ pecunias mit
tim⁹: nec fuerūt inanes huiuscemodi sūpt⁹. Licꝫ em̄ nobis in dn̄o gloriari q̄ ꝑ mi
nistros suos torpētib⁹ ac pene dormiētib⁹ cūctis ferme xp̄ianis principib⁹ nobis
tm̄mō instātib⁹ atqꝫ vrgentib⁹ thurcoꝝ suꝑbissima cornua ⁊ insolētissimas acies
apud hūgariā ꝯfregit: magnūqꝫ illū ⁊ potētissimū exercitū ꝓstrauit: q̄ sibi nō hū
gariā modo: s germaniā totā galliā atqꝫ italiā ꝓterere: legēqꝫ xp̄i funditꝰ euertē
ꝓmittebat. Itaqꝫ liberauit dn̄s ꝑp̄lm suū sub p̄sulatu nr̄o: plebēqꝫ suā ex ip̄is q̄
dāmodo faucib⁹ crudelissimi siue imanissimi draconis eripuit: nūc q̄ꝫ classis nr̄a
rhodū tuet̃. Cyprū mithilenē chium ⁊ oēs i oriēti xp̄iani noīs insulas q̄ sine tali
p̄sidio haud quoq̄ thurcoꝝ nauib⁹ indies incursantib⁹ resistere potuisset quodqꝫ
laudabiliꝰ est ac diuino nobis munere ꝯcessum: nō tm̄ q̄s dixim⁹ insulas: legatus
noster sua prudētia ⁊ armoꝝ robore tutatꝰ est: s alias plerasqꝫ thurchoꝝ dn̄o ser
uiētes: ad ap̄lice sedis deuotionē obediētiāqꝫ redegit: nouissimeqꝫ nō pauca eo
rūdē thurcoꝝ nauigia ad oppugnādas xp̄ianoꝝ insulas exeuntia: potent̃ inuasit:
debellauit: i ꝑtātē recepit. Nec albania ingruētes barbaroꝝ impetꝰ ꝓrimis die
bus inclinare potuisset: nisi nr̄aꝝ interuenissent pecuniaꝝ auxilia: q̄ schāderbechio
misim⁹. In his nos reb⁹ pecunias ꝯsumim⁹: in his ꝓfūdim⁹ q̄cq̄d vndecūqꝫ cor
radere possum⁹ auri vl' argēti honorē dei nō nr̄m q̄rim⁹: ꝓ salute ꝑp̄li nobis cōmissi
laboram⁹: nō ꝓ priuata vtilitate nr̄a. Curam⁹ ne nr̄o tp̄e xp̄ianū nomē spurcissi
mi thurcoꝝ pedes ꝯculcare possint. Sꝫ nō sūt h̄ onera q̄ nos soli portare q̄am⁹:
vel sedes ap̄lica valet ꝑ seipam tolerare: facim⁹ tn̄ q̄ꝺ possum⁹: ⁊ q̄escentib⁹ alijs
q̄ nobis auxilio eē deberēt: instam⁹ accelleram⁹: vrgem⁹: nihilominꝰ mittim⁹ ex his q̄ fa
cultates nr̄e ꝑmittūt. Necessaria nobis detrahim⁹ vt incūbēti necessitati ꝓ ꝑte
nobis possibili subueniam⁹. Que cū ita sint audēt tn̄ nōnulli paꝝ q̄dē religiosi ⁊
ad cōe bonū min⁹ intēti nos redarguere q̄ ab his pecunias recipim⁹ q̄ ꝓmouent̃
q̄uis spōte ablatas in classem ꝯ̄ thurcos emissaꝫ. Qꝺ q̄ꝫ iniq̄ agunt iā plane pro
spicis. Sꝫ aiūt pleriqꝫ ꝯcordata de q̄b⁹ mētionē supra fecim⁹ ꝑ nos mīme obser
uari: affirmātes electiōes. Epoꝝ alioꝝqꝫ p̄latoꝝ nos ꝑuipēdē: ac ꝓrsus abijcere
q̄ꝺ pari mō neqꝫ vere neqꝫ iuste nobis obijcit̃. neqꝫ em̄ electiōes p̄latoꝝ i germa
nia factas q̄uis pacto ꝯtenim⁹: neqꝫ ex cōcordatꝭ oēs passim electiones ꝯfirmare
tenemur: s illas tm̄mō q̄ canonice expꝑiunt̃: q̄ꝺ q̄dē a nobis diligent̃ custoditū ē
Nūq̄ꝫ em̄ aliquā electionē repꝑim⁹ quā repꝑim⁹ eē canonicā. Viros aūt q̄plures il
lis eccl'ijs siue mōasterijs p̄fecim⁹ in q̄b⁹ electꝭ etiā min⁹ canonice p̄tendebāt̃. Qr
si aliq̄ sūt q̄ ꝯfirmationē petētes nō obtinuerit: sūt aūt paucissimi: sciāt se idarco
ex sua petitione cecidisse: q̄r nec canōica fuerat eoꝝ electio nec ꝓmotio eccl'ijs ad
q̄s vocabant̃ fuisset vtilis. Ptāte aūt illa q̄ nobis ex diuino atqꝫ hūano iure siliqꝫ
ꝯcordatis ex p̄dictis cōpetit ꝓuidēdis eccl'ijs de ꝑsona magis idonea etiā si ca

nonicā in illis electio facta repiat̄:adhuc nō sum⁹ vsi:nec vti ꝓponim⁹:nisi ex ma
gna ꝛ vrgentissima cā. Sup reseruationib⁹ aūt ceterisq̧ bn̄ficioꝝ ꝓuisionib⁹ de
qbus siliter accepim⁹ q̄relas corā tua serenitate fuisse ꝓpositas: nō sum⁹ memo-
res aliq̄d a nobis eē cōcessum ꝯ cōcordata p̄dicta. Qꝫ si q̄d tale factū est vt sepe ī
multitudine lr̄arū ac negocioꝝ aliqua trāseūt neq̧ bene gesta neq̧ bn̄ reuisa:nō ē
intentioni nr̄e aut ordinarioꝝ mēsib⁹ derogare:aut cōcordatis ipsis ꝯtrauenire
Quinimo q̄uis liberrima sit aplice sedis auctoritas: nullisq̧ debebat pactionuꝫ
vinculis cohereri:ex mera tn̄ liberalitate nr̄a:ex zelo quē gerimus ad pacē:ex cha
ritate qua te tuāq̧ nationē ꝓsequimur:ꝯcordatis ipis locū eē volum⁹:nec pa-
tiemur ea temere violari dū romana sedis gubernacula retinebim⁹. Si q̄d pte-
rea est qd ipsi nationi molestū videat̄:ex his q̄ ꝓdeūt ex nr̄o solio. Idq̧ fortasse
dignū emēdatione censet̄:possum⁹ eni̅ ꝛ nos vt hoīes aliqn̄ labi atq̧ errare ī his
maxime q̄ facti sūt non decet ep̄os aut alios quosuis mortales sup aplicā sedē au-
ctoritatē sibi vēdicare:aut illos imitari quoq̄ mō q̄ pessimo more detestabiliq̧ ex-
emplo in pniciē ecclīastice ierarchie in cōfusionē mystici corporis xp̄i in aīaꝝ sua
rū ruinā:leges sibi cōstituūt:p q̄s licitū sibi esse arbitrant̄ aplice sedis mādata cō
tēnere:ac ꝓ suo volūtatis arbitrio ecclīastica dispon̄e sp̄ualiaq̧ negocia. Naꝫ q̄
talia p̄sumūt alieni sunt:deū patrē suū appellare nō pn̄t:q̄ matrē ecclīam recogno
scere nolūt:s tanq̄ mēbra vel putrida vel arida a reliquo corpe recidi debēt. Nulli
eni̅ pmissa facultas est:vt ꝯ romanā ecclīaꝫ oīm fideliū matrē ac mḡram recalci-
trare possit:vel se ab illi⁹ impio subtrahere. Cōmendādus est vna in domo pasca
lis agn⁹:manere oportet in archa regnāte diluuio: cui cura est ne pereat. Vn⁹ de⁹
vna fides:vnū baptisma. Vn⁹ xp̄i vicari⁹ in terris ē:q̄ celos bn̄ merētib⁹ apit clau
dit aūt malignātib⁹. Si q̄s aūt arbitrat̄ secū nō bn̄ agē aplicā sedē:recurrē ad eā
dꝫ:grauamē suū expon̄e:remediū pete:nūq̄ pia mr̄ filioꝝ desiderio deerit. qd vi-
derit ad salutē eoꝝ ptinē. Et tu ꝯ serenissime impator:si q̄d arbitraris tuē natio-
nis p̄latos hr̄e qd p nos emēdari debeat:admonē eos: hortare ꝛ vrge vt ad nos
veniētes suas nobis necessitates exponāt:grauamina referāt: desideria ꝓferant
Nā votis eoꝝ q̄ a rōnis tramite nō discordēt:tāto libenti⁹ annuem⁹:q̄nto confi
dēti⁹ eos ad nos recursuꝫ hr̄e videbim⁹. Ceteꝝ qꝛ charissimū in xp̄o filiū nr̄m la
dislaū hūgarie ac bohemie regē illustrē nōdū recōciliatū tibi eē pcepim⁹:s adhuc
int̄ te atq̧ ip̄m lites eē ferunt̄ pingētes:q̄uis nō dubitam⁹ ꝓ tua te sapia ea dūta
xat seu q̄rere seu velle q̄ sint eq̄tati ac iusticie ꝯsona:qꝛ tn̄ discordia vr̄a tāto mag
nō angit:quāto magis xp̄iane reipublice dānū resultat. Serenitatē tuā rogamus
vt ante tuos ponas p̄mū cū quo ꝯtēdis:ꝛ vbi ꝯtēdis:qꝛ cū carne tua:cū sanguie
tuo:cū fratre tuo:ꝛ in domo tua. in agris paternis:in hereditate auita bellūꝫ ge-
ris:in quo nec pdere nec vincere tutū est. Cōsidera ꝙ tu impator es aduocat⁹ ec-
clesie:ptector fidei catholice:prim⁹ int̄ seculi p̄ncipes. Prim⁹ q̄ arma ꝓ defensio
ne religionis nr̄e induere debeas. Cōsidera ꝙ tu ille es in quē oīm xp̄ianoꝝ oculi
ꝯiecti sūt:q̄ si (quēadmodū tibi ex officio incūbit) aduersus impiā thurcoꝝ gen
tē arma ꝓmoueris:vniuersos ferme reges ac p̄ncipes vt te sequāt̄ ꝓuocabis la-
bentēq̧ rē xp̄ianā magnifice subleuabis. Sin vo domi māseris aliis occupat⁹ cu
ris:nemo erit q̄ bellū xp̄i gerere velit:erisq̧ tu ipse cā cur nr̄o tpe fides catholica
negligat̄. Intellexisti q̄ fecerūt thurci supiorib⁹ annis:vt cōstātinopolim orienta
lis imperii caput:ac tocius grecie colmē inuaserūt:vt vrbes q̄pplimas incēderūt:
vt xp̄ianū sanguinē effuderūt:vt altaria euerterūt:vt scōꝝ reliquias canibus ob-
iecerūt:vt imagines dei nr̄i glioseq̧ matris ei⁹ aut lanceis effoderūt aut sputis lu
toq̧ deturparūt. Scis q̄ nūc cogitāt q̄ parāt q̄ molliunt̄:nullū illis studiū arden-
tius:nulla cura ꝓpēsior est q̄ꝫ vt ea agūt p q̄ possint xp̄ianā gentē fundit⁹ pdē:vin-
cula:verbera:neces:fidelib⁹ oīb⁹ cōminat̄. Prope ē eoꝝ gladius ꝛ adesse festi-
nāt tpa:ꝛ tu interim ac patruelis tuus. arma q̄ merito in hostes fidei verterent̄:
ꝯ subditos ꝛ vasallos vr̄os exercetis. Dices fortasse q̄euissem nisi me magna neces

sitas impulisset: ꝗ parate fuerūt insidie mihi: hereditas mea in ꝑiculo posita est. Coactus sum arma ꝓ defensione capescē. Inuitus pugno cū sanguine meo: possibile est qđ ais nihil inficiamur age: sint vera q̄ refers oia sit iustissima tua cā: at iustius est ꝓ xp̄o pugnare ⁊ maior necessitas est hereditatē xp̄i q̄ʒ tuā defēdere. Si tua perit est adhuc vbi salueris. Si perit xp̄i hereditas (qđ tn̄ nullo pacto futurū putam⁹) ⁊ tuā hereditatē perire oportet: ⁊ xp̄iane reipublice fūdamēta corruere. Cogita igit̄ de cōi ꝑiculo prius ⁊ maiora minoribus anpone. Exq̄rito oēs vias q̄bus cū patruele tuo quātū sanguine iungeris tantū dilectione ⁊ affectu sincero copuleris: nec illi imputes quoq̄uō q̄ ꝑ alios etati tenere subgerunt. Audiuimus dilectū filiū nobilē virū ludouicū bauarie ducē inter te ⁊ ipsum patruelē de pace actuꝝ in austriā descendisse. Credimus ⁊ dilectū filiū nostrū iohannē cardinalem sancti angeli aplice sedis legatū queādmodū sibi scripsimus eisdē tractatib⁹ int̄ futurum. Age flecte animū ⁊ amplectere bona mente cōcordiā: noli omnia que tibi debent̄ exquirere: esto contētus his que potes obtinere. Nec graueris ꝓ bono pacis de tuo iure pauca dimittere. Deus ꝓ cui⁹ cā paceʒ accipies: maiora tibi retribuet. Cōmēdabunt oēs tuā sapientiā que furori tempantiā arrogātie humilitatē: duriciei māsuetudinē: tenacitati largitatē obiecerit. Sit finis aliquādo ciuilis ⁊ intestine discordie vt tandem cū patruele tuo recōciliatus: ⁊ tu ⁊ ipse ceteriq̄ʒ germanice terre ꝓceres quoꝝ consueuit in armis esse inuicta virtus vniq̄ʒ iā viribus ac cōcordibus animis in thurcos militaria signa feratis. Infelices xp̄ianos q̄ ꝑ greciā captiui merent̄: a iugis seruitutis eximatis: ac regiaʒ ciuitatē que de cōstantino cesare nomen habet q̄ʒ turpiter pridem amissa fuit: tam gloriose recuperetis. Hec scripsimus tue serenitati nō sine fiducia singulari. ꝓ ea qua tibi ⁊ inclyte nationi tue ingenti charitate sum⁹ affecti. Tuum est vt hec tam bono aīo recipias q̄ʒ sunt a nobis optimo corde ꝓlata. Datū ro. apud sanctū petrū pridie kl. Septēbris. M.cccclvij. dictata ꝑ eneā cardinalē senen̄.

Excusat rōne se p̄ces non posse exaudire.

Epistola.ccclxxxvj.

Eneas cardinalis senen̄. Bartholomeo etensi artium ⁊ medicine doctori phisico archiepī moguntini. S.p.d. Reddidit nobis vigandus lr̄as tuas que gratissime fuerūt tuā bonā valitudinē indicantes. Voluissemus petitioni tue morē gerere: sed nos non decet cōtra primarias preces impatoris aliq̄d attemptare: quia illas impetrauimus ⁊ sepe defendim⁹: ⁊ impatorie maiestatis honorē tueri debemus qui ab illa ꝓmoti ⁊ magnificati sumus. Si qua alia in re possemus tibi complacere esset id nobis voluptati. Vale ex roma die.xxviij.octobris. M.cccclvij.

Certiorem reddit amicū largū esse animum sibi complacendi.

Epistola.ccclxxxvij.

Eneas cardinalis senen̄. Nicolao arzimboldo. S.p.d. Quis raras ad te lr̄as dederimus. Nā he secūde sunt: postq̄ʒ cardinalatus honorē cōsecuti sumus. Nihil tn̄ min⁹ te amam⁹ ⁊ reueremur. Est indelibilis memoria illius dulcissime ꝯsuetudinis quā simul florētie habuim⁹. Recordamur q̄nto fauore nos mediolani duʒ legatione cesarea fungeremur: ꝓsequebaris. Neq̄ʒ obliti sum⁹ eoꝝ q̄ rome in coronatione impatoris vna agitauim⁹. Que oia suauissimā mihi reddūt recordationē tui noīs. Ad hec accedūt amplissima in me merita casparis schlick cācellarij cesarei. q̄ suis necessarijs ⁊ amicis mirūimmodū nos obligatos tenēt. Hec scribim⁹ semel ꝓ multis vicib⁹: vt scias nobis aīm eē cōplacēdi ⁊ tibi ⁊ tuis oibus. Nā quotiens tuo noīe requireremur: totiens in memoriā charissimi amici non sine voluptate quadā reuocamur. Ex te aliud nihil petim⁹ nisi vt nos ames ex veteri cōsuetudine: ⁊ illustrissimo principi duci mediolani cōmendatos efficias. Cuius clarissima virtus oēm inuidiā supauit. Vale ex vrbe ro. iiij. nonas decembris. M.cccclvij.

Rñdet fran coꝝ regi sup materia epatus tornaceñ.

Epistola.ccclxxxviij.

Pius eps̄ seruꝰ seruoꝝ dei charissimo in xp̄o filio karolo regi frãcie illustri
salutē ꝛ aplicā bñdictionē. Que ad nos de cōditionibꝰ tornaceñ. ciuitatis
tua serenitas scripsit: nō diffitemur ita eē vt scribis: abūdās eīm multitu-
do ppli est in regni tui cōfinibꝰ: q̄ mãsit in tua ꝛ ꝓgenitoꝝ obia seculis multis: p̄-
betq̄ tibi oportunitate loci cōmoda pmulta ꝛ magna. Qd̄ vo adiungit eccl̄iam
ipam, pmissaꝫ tibi in psonā cardinalis pstātieñ. fuisse in eo vel tua maiestas infor
mata vere nō est. vel q̄ de ea nos cōpellarūt rñsa nr̄a interp̄tati bñ nō sunt. Uiuē
tiū bñficia cuiq̄ ꝓmittere mos noster nō est. nec fuisse in hūc diē (adiutore deo)
meminimꝰ. Recordamur oratoribꝰ dixisse cū vacare illā ptingeret: rē facturos
de qua cōtentari merito posses: daturos aūt cui velles eā eccl̄iaꝫ nec diximꝰ vnq̄
nec cogitauimꝰ. Adueniēte tñ obitu trāslati epi facē maiestati tue rē gratā in aio
gessimꝰ p obitū nō vacauit. Senex grādeuꝰ incōmoda multa pferre in ea ciuita-
te nō valēs: p̄catus ē illuc robustiorē trāsferri. Fuit iusta ꝛ pia eiꝰ petitio. Rare
vel nulle supplicationes hmōi a sede aplica solēt repelli. Si doles hoiem duci bur
gūdie subditū illic eē ppositū: minor culpa hec nr̄a est q̄ fuerit p̄decessoꝝ nr̄oꝝ q̄
plures burgūdos illic statuerūt. Nos rem nouā nō fecimꝰ: veterē ꝛ vsitatā sumꝰ
secuti. Hoc qꝫ ad trāsferendū tulleñ. priores nos fecit. q sicut serenitas tua intel
ligit. tota tornaceñ. dioceſ sub dñatu ē burgūdoꝝ: nec putamꝰ videri incōueniēs
posse: si ex dominio illo dareſ eps̄. intra cuiꝰ limites maior ē ꝛ amplior iurisditio
nis illius ps. Nā q tua serenitas q̄riſ ꝛ his ꝛ aliis rebꝰ se cernē cōmoda regni tui
ꝛ cōsanguineoꝝ tuoꝝ nobis paꝝ cordi eē. In hoc credimꝰ euenire tibi qd̄ nobis:
vt eīm tu cōplaceri tibi a nobis sepe non putas. sic nos sepe exaudiri a te vota nr̄a
nō cernimꝰ. Nō tñ ꝓpterea de tua in nos volūtate sinistrū aliqd̄ credimꝰ: cogita-
mus sp causas tibi aliq̄s eē ꝓpter quas non fortasse posses q̄ volumꝰ. Accusamꝰ
necessitatē mēte: ꝛ aio equissimi sumꝰ. Par officiū a te req̄rimꝰ charissime fili nec
vellemꝰ quotiēs tibi obtempatū nō est: totiēs de aio nr̄o iudiciū faceres. Memi-
nimꝰ in graꝫ tuā multa fecisse honore tuo multa m̄tris dedisse. Si sp nō dedimꝰ n̄
semp eē aplica sedes pōt vt vult. Multa illā circūspicere oportet: multa metiri.
Ita sp actiones suas dirigē: vt reddē illaꝝ rōeꝫ deo ꝛ hoibꝰ possit. Postremo q
nobis denūcias te pmissurū nō eē vt idē tulleñ. tornaceñ. eccl̄ie p̄sit. Nihil in hoc
aliud rñdemꝰ. nisi maiestatē tuā sane intelligere qd̄ regē catholicū deceat. Et nos
pstanter sperare te si factū nr̄m diligentius cōsiderare volueris: nihil dissimile a
claris ꝓgenitoribꝰ tuis eē facturū: q̄s nō minus veneratio in eccl̄iam dei ꝛ obediē
tiā in sanctā sedē aplicā q̄ cetera gloriosa facta illustrarūt. Ipaꝫ aūt trāslationē
cū facta solēniter sit: mutare sine rep̄hensione nō possumꝰ. Unū a te petimꝰ cha-
rissime fili: vt detractoribꝰ sedis aplice semp nō credas: multa illoꝝ passionibꝰ tri
buas ꝓ certo habeas nos serenitatē tuā amare. Illi cū possimus obsequi cupere
nec p̄termissuros vnq̄ occasionē aliquā eē in qua tue bonitati placere cū deo pos
semus q si in aliquo p̄iudicatū tuis iuribꝰ putas: parati sumꝰ tue celsitudini iusti
ciam cū omni benignitate administrare: Datū ro. ix. decembris anno. lx. pontifi-
catus nostri. anno tercio.

Epistola.ccclxxxix.

Ad eundem in eadem causa.

Pius eps̄ seruꝰ seruoꝝ dei charissimo in xp̄o filio karolo regi francie illustri
S. ꝛ. a. b. Nisi tua signata manu ꝛ tua fuisset imp̄ssa sigillo: nūq̄ tuā puta
uissemus ep̄lam quam tuo nomine michael secretariꝰ tuus nouissime ad
nos detulit. Multa eīm cōtinet q̄ a tua prudentia ꝛ tuo scribēdi more videnſ alie
na. Sꝫ neq̄ portitor neq̄ signū neq̄ subscriptio patiſ vt tuas lr̄as eē dubitemꝰ
que tā q̄ abs te misse reddite sunt: eas ob res cogimur rñdere ꝛ nr̄aꝫ excusare in-
nocentiā. Neq̄ enim nos sumus qui vel tuā serenitatem vel aliū quēpiam odio

ꝑseq̄mur. aut odiū causa q̄cq̄ʒ agamꝰ. Nos q̄dem tuaʒ mansuetudinem sp̄ amauimꝰ. sp̄ magnificauimꝰ. sp̄ obſuauimꝰ. Tū ꝓpt maioꝝ tuoꝝ gl'iam ⁊ magnifica gesta. Tum ꝓpt modestiaʒ ⁊ religionem q̄s in te sitas didicimꝰ. Neq̄ʒ sane vnq̄ʒ in aīo nr̄o fuit q̄cq̄ʒ agere qđ tibi aut incōmodū eēt aut molestū. s; al'r tibi ꝑsuasuʒ est vt scripta tua oñdunt tam nobis q̄ʒ sacro collegio nr̄o directa. Ignoscat his diua bonitas q̄ talia suggerūt q̄ꝝ magnum est pctm̄. summa iniq̄tas. mala mēs. malus animꝰ. Illoꝝ est q̄ tuam excellētiam aduersus nos irritare aut ꝯmouere nitunt̄ similes illis sunt q̄ filium tuū a te alienauerūt. illi em̄ carnalem p̄ri filium abstulerūt. hi nobis spūalem auferre nitunt̄. s; minime obtinebūt si tuam ꝯstantiam ⁊ moderatōʒ retinebis. ⁊ nr̄is vocibꝰ auscultabis q̄ non tam nr̄e sunt ꝙ dei ⁊ filij eiꝰ xp̄i cuiꝰ vicariatū nō nr̄is merit; s; sua dispēsatōe in terris gerimꝰ. Audi ḡ nos fili ⁊ in charitate accipe q̄ ad tua scp̄ta rn̄demꝰ. Scribis de tornacēsi eccl'ia ad quam translatū esse. tulleñ. ep̄m haud eq̄ animo fers. putasq̄ʒ tibi iniuriam factam ꝙ p̄ces tuas nō exaudiuerimꝰ q̄s ꝓ cardinali ꝯstantie ad nos porrexisti. ⁊ plurima subiūgis q̄ paulopost capitulatim attingemꝰ. s; p̄usq̄ʒ hoc agimꝰ rē gestam accipe. sic em̄ ⁊ tua ⁊ nr̄a cā meliꝰ cognoscet̄. Fuerūt oratores tui vel bis vl' ter p̄usq̄ʒ vacaret eccl'ia tornaceñ. dixerūtq̄ʒ nr̄m antecessorē eccl'iaʒ ip̄aʒ dispōni sue reseruasse. vt ꝯtingente vacatōe illi ꝓuideret de ꝑsona tibi accepta. petierūtq̄ʒ vt nos idem efficeremꝰ. cū tue solēnitat; plurimū interesset in ea ciuiate q̄ tua eēt. ep̄m p̄sidere tue maiestati fidum ⁊ acceptū. Idem egere nobiscū duc; burgundie legati nō semel s; iteꝝ atq̄ʒ iteꝝ. dicētes diocesim tornaceñ. fere totaʒ ⁊ reddituum maximaʒ ꝑtem in p̄tāte ipsiꝰ duc; ꝯsistere. ad quē magnop̄e ꝑtineret ep̄m tornaceñ. eum creari q̄ sibi amicꝰ ⁊ charꝰ eēt. ꝓpt magnas ⁊ opulētas flandrie ciuitates vicinas anglic;. in q̄bus statꝰ sui robur ꝯtinet̄. adiciētes retroactis tp̄ibꝰ maxie a. lxx. annis citra nunq̄ʒ in ea eccl'ia p̄fuisse. q̄ nō ex charis duc; burgundie fuisset. ⁊ ꝙ vnꝰ al'r ꝓmotꝰ ab eugenio tādem trāslatꝰ extitit ad eccl'iaʒ narboneñ. cū pace illic potiri nō posset. Intelleximꝰ rem vtcūq̄ʒ arduaʒ atq̄ʒ ꝑplexaʒ. nec vel tuis vl' duc; oratoribꝰ q̄cq̄ʒ certi ꝓmisimꝰ. s; negātes nr̄i moris esse ꝓ aliq̄ noīatim ecclesiam cathedralē reseruare. rn̄dimꝰ ꝯtingente vacatiōe nos eccl'ie illi ita ꝓuisuros vt nulli cā q̄rele merito eē debeat. Cūq̄ʒ tui oratores ꝓ ꝯstātieñ. cardinali reseruari eccl'iaʒ peterēt. burgūdi vo ꝓ ep̄o traiecteñ. diximꝰ a p̄te nulli duas eccl'ias cōmissuros ꝓut ipsi efflagitabant. Hec sunt ꝓmissa nr̄a. h̄ acta vobiscū sunt añ vacatōʒ. eratq̄ʒ nr̄m desideriū vt nunq̄ʒ h̄ vacatio nr̄o tp̄e incideret. cū viderēmꝰ absq̄ʒ turba ⁊ molestia huic eccl'ie ꝓuideri nō posse. Veꝝ nobis senas ex mātua reuersis reddita sunt autētica scp̄ta ⁊ mādata. ꝑ q̄ tornaceñ. ⁊ tulleñ. ep̄i ex iustis causis desiderabāt inuicē eccl'ias suas designare. ⁊ ad alꝫutra trāsferri. admisimꝰ nos resignatōes. ⁊ trāslationes fecimꝰ de fratꝝ nr̄oꝝ ꝯsilio. Deinde cuʒ viterbij essemꝰ. anteq̄ʒ trāslationes p̄dicte effectū sortite fuissent. nūciatꝰ est nobis obitus ep̄i tornaceñ. ꝯmisimꝰ cāʒ vt fit vni cardinali. ⁊ facta est relatio in ꝯsistorio libere ⁊ grauit̄ oēs frēs nr̄i sn̄ias suas dixere. placuit oībꝰ tulleñ. ep̄m ad eccl'iaʒ sic vacantē trāsferri. nihil sine ꝯsilio ⁊ matura deliberatōe fratꝝ egimꝰ. oia eis apuimꝰ. q̄ vel tui vel alij oratores in hac cā exposuerāt. quāq̄ʒ ꝑ sese cūcta nossent. fecimꝰ hanc trāslatōʒ suadētibꝰ fribꝰ q̄ꝝ aliq̄ affirmauerūt tulleñ. olim ep̄m tue serenitati ⁊ fidelē ⁊ acceptū esse. ac ꝑ eiꝰ mediū tibi vt duci burgūdie ꝯplacitū iri. Cūq̄ʒ p̄r ille antiquus q̄ mult; annis cū laude tornaceñ. admīstraret eccl'ie. in extremis vite sp̄ōse sue de hac ꝑsona ꝓuidēdum esse censeret. nō videbat̄ eius vel votum vl' ꝯsilium sp̄nēdum. Fecimꝰ ḡ hanc ꝓuisionem. nec vidimus aut frēs nr̄i viderunt pensata loci ⁊ tp̄m q̄litate vtiliꝰ posse ꝓuideri. ꝙ si h̄ tue serenitati nō placent nō est tn̄ ꝙ ea in tuam ꝯtumeliaʒ facta esse diiudices. cū nos te ameīꝰ ⁊ honoratū sp̄ eē velimꝰ. Sʒ iaʒ ad p̄tes tue ep̄l'e reuertamur eisq̄ʒ q̄ad possumꝰ satisfaciamꝰ. Dicis imp̄mis te nunq̄ʒ cessatuꝝ q̄usq̄ʒ tua dep̄catio exaudiat̄. non oportebit te diu ꝯtēdere si ea petieris q̄ cum honestate ꝯcedere valeamꝰ. est em̄ lucꝝ nr̄m cū

tibi ceteriſqꝫ regibus iuſta petentibus ꝯplacemꝰ. Dicis te loqui de re tui dominũ
Jurisconſulti duplex dominium tradunt. Alterꝝ directum. alterꝝ vtile. Ciuitas
(vt aiunt) vtroqꝫ iure ad te ptinet. dioceſ diſcio tm̄. Nam vtile dñcꝭ eſt qḋ mul
tiplurís faciunt. nec tua excellẽtia ep̃atibꝰ hactenꝰ vim fecit q̃ in ducatu burgun-
die vacauerũt ꝙuis aſſeras ⁊ vere aſſeras p̃ncipatum illum ſicut ⁊ flandriam a
tua corona dependere. Dicis te inſtare ꝓ cardinali ꝓ pſona digna ⁊ benemerẽti
Nihil ꝯ pſonam eius dictum eſt. Laudamꝰ hoiem! ⁊ q̃uis honore dignum cenſe
mꝰ. cui cardinalatꝰ inſignia miſimꝰ. Rubꝝ pileum. ꝙuis egreferimus. ſi verꝝ eſt
qḋ aliq̃ retulere eum. ſ. in tua curia nõ vti cardinalatꝰ inſignibꝰ q̃ſi non accipet
cum honore decẽti. qḋ ſi ita eſt. decet tuam excellẽtiam q̃ dicit ſe cardinales ama-
re in hac re ita ꝓuidere. ne dignitas cardinalatꝰ in tua curia minor / vel abiectior
ꝙ̃ in alijs videat. Dicꝭ nõ decere cardinalem pati repulſam. nõ patiet ſi ea petie
rit q̃ abſqꝫ alterí iniuria cũ dei bñplacito ꝯcedi pñt. Dicꝭ eccl̃iaꝫ fuiſſe reſuataꝫ
⁊ rem hanc a p̃deceſſore nr̃o calixto p̄conceſſam. cum calixtꝰ obijt oia eiꝰ ꝓmiſſa
infierũt. ſi vixiſſet in hanc diẽ tui mos geſtus eſſet. nũc de eo nihil poſſumꝰ iudi-
care. ſciunt docti reſuatões ſuas ad nr̃a tp̃a non extendi. Dicꝭ tuos oratores im
patient a nobis auditos fuiſſe ⁊ vacuos remiſſos. Si legati nr̃i ita in tua curia
benigne viderent ⁊ audirent ſicut tui in nr̃a. multo freq̃ntiꝰ ꝙ̃ faciant nũcij nr̃i
ad te accederẽt. ſ tui q̊tiens volũt die noctuqꝫ nos adeũt ⁊ q̃ volunt dicunt. nr̃i
vix pluribꝰ in mẽſibꝰ tui copiam hñt. nec a tuis curialibꝰ benigne viſunt. quãqꝫ
tua maieſtas in oi audiẽtia modeſta eſt ⁊ p̃humana. Neſcimꝰ q̃s ille eſt q̃ ſe dicat
a nobis impatient auditum. Duo cardinales ex tua natõe intfuerunt q̃n vltimũ
in hac re oratorem audiuimꝰ Rothõgeñ. ⁊ auinioneñ. ipſi teſtari pñt q̄ vſqꝫ in fi
nem omni cũ mãſuetudine hoiem audiuimꝰ. ꝙ̃ꝫ rñdendo aliq̃ eius ṽba parum
moderata rep̃hendimꝰ. Remiſimꝰ illum vacuũ in petitõe tua. ſ plenum in ſuis
Naꝫ gr̃as q̃s a nobis petiuit cũctas intuitu ſerenitatꝭ tue ꝯceſſimꝰ. libentiꝰ tuas
ꝙ̃ ſuas audiuiſſemꝰ. ſ rei difficultas nõ patiebat. Jlle cũ ſatiſfacere tibi nõ poſ-
ſet ſatiſfecit ſibi. ⁊ immemor accepte gr̃e nos criminatꝰ eſt. Dicꝭ neqꝫ adrianũ karo
li magni neqꝫ leonem ottonis ita intceſſiones rẽnuiſſe. vt nos tuas repulimꝰ ⁊ ꝙ
nemo ꝯſecrabat ep̃us niſi laudatꝰ ⁊ inueſtitꝰ a tuis p̃deceſſoribꝰ. Quid feciſſent
illi duo romani pontifices in h̄ caſu neſcimꝰ. qḋ fecimꝰ ipſi ſcimꝰ ⁊ facti nr̃i rõem
reddere poſſumꝰ. karolus ⁊ otto romani impatores fuere. ⁊ h̄ p̃uilegiuꝫ a roma
na ſede obtinuerũt qḋ refers ꝓpt ingentia merita. ⁊ q̄ ita tp̃a poſcebant ⁊ arria-
norꝝ alioꝝqꝫ hereticoꝝ factiones q̃s impatoris malleo ꝯterere oportuit. ſ cum
p̃uilegium ṽgeret ad noxam reuocatũ eſt. ⁊ ſucceſſores illoꝝ impatoꝝ illi renũ-
ciauerũt in ꝯuentu vormatieñ. Naꝫ ſicut ezechias ſpentẽ eneum a moyſe erectũ
i heremo abſtulit. idqꝫ ꝯflauit qm̄ ydolatriaꝫ inducebat. Jta ⁊ p̃uilegia auferẽda
ſunt q̃ ꝓpt vtilitatẽ publicam ꝯceſſa inueniunt eſſe damnoſa. Subiũgis ꝙ neqꝫ
calixtꝰ neqꝫ nicolaꝰ neqꝫ alius ſimile aduerſus te agere attentaſſet eiꝰ qḋ nos feci
mꝰ. De mortuis nõ eſt nr̃m iudicare q̃d facturi fuiſſent in humanis agẽtes. nos
certe aduerſus te nihil ex ꝓpoſito egimꝰ. nec tibi aduerſi ſumꝰ neqꝫ acta nr̃a attẽ-
tata dici dñt q̃ fiunt in ſenatu ap̃lico. in loco quẽ dñs elẽgit in p̃ma mũdi ſede in
beati petri auditorio. in ipiꝰ ſaluatoris tribunali. Videãt ne ipſi attẽtatores ſint
q̃ nobis reſiſtũt. ⁊ decreta nr̃a impugnãt ⁊ ap̃licis aduerſant mãdatꝭ. Dicis p̃ter
ſpẽ tibi eueniſſe ꝙ in re tam honeſta aduerſantẽ romanuꝫ pontificẽ ⁊c̃. Vide q̃d
dicas. ſi tu id vis ꝙ papa nõ putat faciẽdum. nõ romanꝰ põtifex tibi aduerſat. ſ
tu ei aduerſarĳ ⁊ p̃ri ac mgr̃o tuo ꝯdicꝭ. cuiꝰ eſt de honeſtate iudiciũ longe magis
ꝙ̃ tuum. Dicis ſi tandẽ ita fiet vt ceptũ eſt. te nõ ab re putaturꝝ aduerſus te ꝯce-
ptum odium. abſit a tua bonitate iſta h̄ cogitatio. q̃cunqꝫ agemꝰ in iuſticie truti-
na ſuſpẽdemꝰ. ⁊ nos nõ vnq̃ aut odium aut gr̃a ex tramite recto deturpabit. mit
te has ſuſpitões. neqꝫ his aures adhibeto q̃ peſſimũ virus tuis auribꝰ inſtillare
conant. velis cũcta pẽſare. neqꝫ hoibꝰ ſue rei affectatꝭ neqꝫ etiaꝫ tibipſi credito.

Audi viros deum timentes. ⁊ an liceat tibi iudicare sedis aplice iudicia. plene co
gnosces ⁊ intelliges. nihil nos in tuā ignominiaʒ aut molitos eē aut moliri velle
Adijcis tandem bona ⁊ digna bono regi v̾ba. Absit inq̄s int̄ quos decreta patꝝ
pacem ⁊ charitatem s̾uari volūt scintillam crescere dissidij. Idem votū nos faci
mꝰ. nec nr̄a culpa int̄ te nosq́ꝫ. vnq̄ꝫ suboriet̄ dissidiū. Faxit dīna pietas ne castaʒ
tuam ⁊ piam mētem delatores eludāt. ⁊ ne tibi falsa ꝓ veris ondant. Dicꝭ te ob-
seq̄ntissimū ⁊ obedientē sancte sedis romane filium. h̄ petimꝰ ne moleste pauca
feras patris v̾ba. audies v̾ba charitatꝭ ⁊ fidei neq́ꝫ mouearꝭ. si amaritudinis ali-
q̄d hn̄t. dulcia fient ⁊ suauissima si bono corde audient̄. Dicꝭ te filium obedientē
ꝑce fili si hoc paꝝ ꝑnegamꝰ. si filiꝰ obediētie es. cur pragmaticam sanctionē tenes
atq́ꝫ defendis. Eugeniꝰ te hortatꝰ est vt illam dimitteres q̄ nō est ꝭm deum. Idem
petijt nicolaꝰ. ideʒ rogauit calixtꝰ. tres romani pōtifices sancti ac venerādi pr̄es
mō nūcijs ⁊ legatꝭ. nāc lr̄is te rogauerē. vt pragmaticā relinq̄res magni in eccl̄ia
dissidij ac mali. tn̄ nunq̄ꝫ audiuisti in hac ꝑte vocē eccl̄ie romane. Ubi ꝫ tua obe-
dientia vbi deuotio vbi religio. plus regni tui aliq̄bus ꝑlatis q̄ꝫ rōne fidei auscul
tasti. loq̄mur cū fiducia sine felle sine arrogātia. amor in te nr̄ loq̄ vrget. deꝰ in t̄-
ris ꝑ filium suū ihm xp̄m crucifixum aplicaʒ sedē erexit. ⁊ ꝑmū ac summū tribu-
nal esse voluit. nulla ꝑtās est q̄ huic eq̄ri possit. h̄ de oībus hoībus ac dignitatibꝰ
iudicat. eaʒ solus iudicat deꝰ. Non est de grege dn̄ico q̄ romanū pontificē suum
eē pastorē negat. Audi q̄d dicat dn̄s. q̄ nō colligit mecū dispgit. Certe cū xp̄o nō
colligit q̄ cum vicario eius nō seminat. Pragmatica sanctio quaʒ tui subditi ob
s̾uant. nō est ex aplico semine. q̄ppe q̄ neq́ꝫ aucte aplica neq́ꝫ ꝯsilij generalis alicꝰ
aucte firmata est. Nametsi decreta aliq̄ꝝ ꝯsilioꝝ in ea inserta sunt ⁊ pontificum
sanctiones. nihil tn̄ ita reptum est vt ꝓmulgatū fuit. ꝫ vel additōes facte sunt vel
mutilatōes. q̄d ꝑlatis tui regni facere haud q̄q̄ꝫ licuit ⁊ sine damno aīaꝝ suaꝝ il
lis vti non pn̄t. Tacemꝰ q̄ multa laicalibꝰ manibꝰ pragmatica ꝯcedit. q̄ neq́ꝫ hu
mana neq́ꝫ dīna iura ꝑmittūt. Patere h̄ dici fili. neq́ꝫ inuitꝰ audias veritatem. tui
aliq̄n antecessores pragmaticam ferme silem ordinauerūt. videntes id sine sede
aplica facere nō posse abstinuerūt. Seq̄re vestigia maioꝝ tuoꝝ. ⁊ dimitte hanc
pragmaticā quaʒ xp̄ianissimi tui antecessores ignorauerūt. ⁊ siq̄d est q̄d reformā
dum sit in eccl̄iastico regni tui statu. ꝯsule aplicam sedē q̄ tuis honestis desiderijs
nunq̄ꝫ deerit atq́ꝫ hic mō filium te obedientē ⁊ obseq̄ntissimū appellare verissime
poterimꝰ. simulq́ꝫ tibi ꝯsules ⁊ regno. Dicꝭ te nunq̄ꝫ ꝑces porrexisse nob̄ nisi ho-
nestas. mutant̄ tp̄a ⁊ negādas reddūt multꝭ ex caus̾. ⁊ multa faciem honesti hn̄t
q̄ diligētiꝰ inspecta iniusticiam ꝯtinēt. Addis te ad iniuriam receptuꝝ nisi q̄ po-
stules impetres. Iniuriꝰ eris ipse. si sine cā te passum iniurias dixeris. ⁊ ꝑsertim
ab ea sede q̄ mr̄ est iusticie ⁊ eq̄tatis. Postremo ꝑ amicitiaʒ ꝑ charitatē ꝑ pacem
quaʒ erga te s̾uare debemꝰ multoꝑe rogitas. vt ꝑcibus tuis annuētes tornacen̄.
eccl̄iaʒ cardinali ꝯstantien̄. ꝯmittamꝰ. ⁊ tullen̄. epī translatōʒ reuocemꝰ. Nō ege
mꝰ tot adiuratōibꝰ aut tot ꝑcibꝰ. nostrapte natura tibi morē gereremꝰ. si res ip̄a
ferret (ꝫ audiuisti quō res gesta est) iaʒ tullen̄. translatꝰ est ex ꝯsilio vniuersi sena
tus aplici. ⁊ sue eccl̄ie alter ꝑfectus. quō fiet q̄d petis sine iniuria. Iam v̾o ventū
est vt ꝑti q̄situm ius sit. id sine cause cognitione auferri nō dʒ. q̄ si (vt oratores
tui dixere ⁊ lr̄e tue sonant) ꝑiudicium tibi factum putas. ⁊ hanc translatōʒ iure
estimas reuocandam. iudiciū tibi rectum equūq́ꝫ offerimꝰ. Causa h̄ de maioribꝰ
est ⁊ ad sedem romanam ꝑtinet. ꝑsuade tibi. ⁊ nullatenꝰ dubites. si cā cognita in
uenerimus ita esse vt arbitraris. facile obtinebis ab hac sede q̄ voles. Nihil em̄
magis optamus q̄ꝫ tue serenitati ꝑ iusticiaʒ ꝯplacere. Hec ad tuas lr̄as. ad ea q̄
secretarius tuus exposuit nō censemus rn̄dendum. Ea em̄ dixit q̄ de tua mente
nullo mō esse putamus. Datū rome. apud sctm̄ petrum. Anno incarnatōis dn̄i-
ce. M. cccc. lxj. viij. kal. aplis pontificatꝰ nr̄i anno. iij.

Hortat burgundie ducem oratorib⁹ principū asie votiuū pbeat auditū de passagio ꝯ thurcos conāter. **Episto. cccxc.**

Pius epus suus suoꝝ dei. Dilecto filio nobili viro philippo duci burgundie. S. z. a. b. Inualescente magno thurco fidei xpiane aduersario. z infinitos pene xpianos saluatoris nr̄i ihu xpi sanguine in crucꝭ patibulo abunde effuso liberatos in suam vuitutē redigente. felicꝭ recordatōnis pdecessores nr̄i. maxime Nicola⁹ qnt⁹ z calixt⁹ terci⁹ curam assumpserūt. ne thurc⁹ iste ꝑualeret ꝑ virib⁹ ꝓuidendi. z qꝛ spabant in europa posse tantū efficere. q reges z ꝑncipes xpiani se volūtarios z fideles xpi milites in h necessario tpe ondderēt. qsqꝫ eoꝝ ad asiam z orientis ptes misit dilectū filium lodouicū de bononia. frēm ordinis minoꝝ de obuātia regulari. vt is ꝑ sua prudētia reꝝ locoꝝ hoimqꝫ noticia xpianos orientis z alios xpianoꝝ amicos excitaret. ad faciēdum similit arma ꝯ thurcum. Nos aūt cū in pdecessoꝝ pdictoꝝ labores dīna ordinatōe successim⁹ mātuaꝫ accedeñ. simili spe ibidem xpianoꝝ exercitū adunandi. eundem frēm ludouicū misim⁹ cū instructōib⁹ oportunis xpianos z amicos xpianoꝝ ꝯcordandi z vt in thurcos eos vires ꝯiungerēt incitandi. data ei spe nos in europa nullatenus defuturos. accedēs frat ludouic⁹ oīa sibi ꝑ nos ꝯmissa diligētissime z prudētissime est execut⁹. q̄ vt optimaꝫ illoꝝ regum z ꝑncipum obedientiam z deuotōꝫ quam hn̄t ad hanc sedem aplicam intelligere possem⁹ curauit secū aduenire dilectos filios michaelem impatoris trapessundaꝝ nicolaum regis ꝑsaꝝ costopam ducꝭ georgione mānethem assenbech soldani mesopotamie morathum vbrecht in armenia dn̄m. oratores z nūcios. q̄ nobis lrās attulerūt suoꝝ dn̄oꝝ. expmentes fauorem ad ꝯsumptuosissimi thurci destructōꝫ z simul motiuaꝫ nroꝝ desiderioꝝ executōꝫ. Qm̄ vo talium regū z ꝑncipum ꝯclusiones ad honorē dei z fidei nr̄e tuitōꝫ tendunt. iō volum⁹ tuaꝫ serenitatē pticipem fieri ipisqꝫ iniūxim⁹ vt cū ꝑfato fratre ludouico nūtio z oratore nr̄o ad tuam veniāt celsitudinē. z singula q̄ nobis vbo z sc̄ptis rn̄derunt plene referāt. Desideram⁹ itaqꝫ a tua excellentia vt taꝫ ipm ludouicū q̄ ipos orientaliū oratores etiam nr̄a ꝯtemplatiōe ad tuaꝫ admittas audiētiam. z suoꝝ dn̄oꝝ ad ea q̄ xpi sunt deuotōꝫ attente ꝯsideres. attendatqꝫ tua nobilitas. q nō min⁹ q̄ orientis reges obligat ad similia z maiora i pn̄is hostis destructōꝫ ꝑ virib⁹ impēdenda. z de hoc nos ac ipos simul z totam ecclīam ratam z ꝯsolatam reddes. eosdēqꝫ qntoti⁹ ad nos remittas votiue expeditos. Cōmisim⁹ aūt dicto fratri ludouico vt nr̄o noie celsitudinē tuam reddat certiorē. nos in oibus mātue ordinatꝭ ꝑnos z patos sine defectu futuros qntum ad nos attinet qn etiam vltra q̄ ibi ꝯclusa sunt z nos ꝯcernūt omnia nobis possibilia i dei laudē z iūciem⁹. Datū ro. apud scm̄ petꝝ. anno incarnatōꝭ. M. cccc. lx. ydibus ianuarij pōtificatus nr̄i anno. iij. sic signatum A de birspato.

Hortat ꝯ thurcum agere bellum z refert q̄nto auxilio potētissime ihr̄lm obtinere z eū regē terre scte ꝯstituere. **Epi. ccccxi.**

Illustrissime dux burgundie. Ego dauid impator trapessundarum post plurimam salutem. libenter ad te scribo de his q̄ hic apud nos occurrunt vt cum certior factus ꝑ tua regilione z amore erga fidem nr̄am possis deliberare q̄d tibi agendum sit. Nuper eīn ego z reliq̄ xpiani ꝑncipes q̄ in istis summis regionibus fedus atqꝫ ligam iniecimus inter nos. bellum gerendi ꝯ thurcos z ego filiam cathoianis fris z pdecessoris mei vxorem dedi asambech q̄ fili⁹ fuit carailuch potentissimi ꝑncipis. Et hoc feci vt ipe firmus sit z fidelis in liga quā nobiscum fecit. z vt ꝑseueret in bello gerendo ꝯ thurcū q̄ tenet ꝯstantinopolim cū quo bellū iam gerere incepit multasqꝫ illi regiones z opida pugnando cepit q̄ ꝓpe ꝯfinia sua erant. nūc vo reuersus est in pꝛiaꝫ suā. Itaqꝫ nos z ipi pati sum⁹ z expectam⁹ aduētum vr̄m ꝯ infideles. queādmodū dn̄s papa ad nos sc̄psit. z ꝑ suum oratorē nobis significauit. q vos latini ꝑncipes debeatꝭ inire ꝯsiliū in ciuitate mātuana vt faceretis exercitum ꝯ infideles. Quod si facietis nos pati sumus

Ego cum.xxx.biremibꝰ ⁊ cum.xx.milibꝰ hominuz. Asambech ꝓmptus est exire ad bellum istud cū q̄nq̄ginta milibꝰ hoīm ad bellādam ⁊ subiūgendam bursiam ⁊ totam nataleam. Quapropt̄ rogo illuminatissimaz dominatōz tuam vt placeat tibi dare aliqđ ꝑncipiū huic bello ex ꝑtibꝰ hūgarie. Nam si vos aliqđ impedimentū etiaz ꝑuum thurco inferetis. vt ip̄e ad diuersas ꝑtes distrahat̄ nos adeo ip̄m vrgebimꝰ ex latere nr̄o vt facile destrui ⁊ debellari possit. Et si dn̄atio tua deliberat ad h̄ intendere ⁊ venire ⁊ aliquē tuoꝝ mittere. nos oēs orientales ꝑncipes ꝓmittimꝰ tibi p̄stare omne auxiliū opem ⁊ q̄cq̄d in nobis erit ad recuperandaz ihr̄lm. ⁊ te illiꝰ regem ꝯstituemꝰ. Et vt scias q̄ sumꝰ q̄ ꝯfederati sumꝰ ⁊ h̄ tibi ꝓmittimꝰ. Ego in p̄mis q̄ patꝰ sum (vt dixi) cū.xxx.biremibꝰ. ⁊.xx.milibꝰ hoīm. Georgiꝰ rex ꝑsaꝝ ꝓmptꝰ est cū.lx.milibꝰ hoīm. Gorgora dux georgiane patꝰ ē cū.xx.milibꝰ eq̄tum. Bendian rex mirigrelie cū suo filio ꝓmptꝰ est cū.lx.milibꝰ hoīm qđ illi facile erit. Rabia cū suo fratre ⁊ suis baronibꝰ cū.xxx.milibꝰ hoīm. Natio githoꝝ ⁊ aranoꝝ. ꝓmittūt militare sub vexillo georgij regis ꝑsaꝝ. Dardebech dn̄s armenie minoris cū.x.milibꝰ hoīm. Asambech affinis meꝰ (vt dixi) infidel' ꝓmisit nob̄ dare trāsitum ⁊ ꝑsonalit̄ venire cū q̄nq̄ginta milibꝰ hoīm. Sunt etiā nobiscū ꝯfederati duo alij infideles dn̄i. Caromanꝰ ⁊ dn̄s Sinopi q̄ ꝯtinue q̄runt quō possint se vindicare de thurco ꝯstantinopolitano ⁊ terras suas recupare. aliud impn̄tiaꝝ ad dn̄ationē tuam nō scribo. nisi ꝙ ꝯmendo tibi michaelez de algeorij baronē ⁊ oratorē meum quem ad te mitto. cui fidem plenam sup istis rebus adhibeas q̄ v̄bis oēm intentōez ⁊ deliberatōz nr̄am exponet. Iteꝝ te oro vt ne ꝑmittas h̄ nr̄m pium negociū ⁊ inceptū frustra fieri. qm̄ a deo factū credimꝰ. Ego ex illo tp̄e q̄ amicitiā ꝯxi cum hoībus tuis q̄ ad has ꝑtes ꝑuenerūt. sp̄ mihi agnitꝰ es. tuiq; honoris. ⁊ dignitat' fautor sp̄ fui eroq;. Uale in xp̄o. Data trappessunde in palatio nr̄o residētie. Anno dn̄i. M.cccc.lix. die.xxij. ap̄lis.

Assertio p̄missoꝝ. ⁊ declarat ligam orientalium ꝑncipum ꝯ thurcum.

Epistola.cccxcij.

Illustrissime dux burgūdie. Ego gorgora dux georgiane mitto ad te plurimam salutē. Qm̄ intellexi te eē fidelissimū xp̄ianum ⁊ desiderasse sp̄ aliq̄d agere qđ honori ⁊ amplitudini eēt sancte fidei nr̄e sicut tui fecerūt antecessores. Ideo multū desidero tuaz hr̄e amicitiam. Naz ego xp̄ianꝰ sum ⁊ ꝓ defensione ⁊ amplitudine illiꝰ sanctissime fidei mori cupio: nec q̄cq̄ libētiꝰ facio q̄ belluz cū infidelibꝰ gerere. maioꝝ meoꝝ. vestigia ⁊ ꝯsuetudinē imitando. Post em̄ obitum p̄ris mei multa cū illis bella gessi. ⁊ sepissime gr̄a dei de illis victoriaz habui multas ciuitates ip̄oꝝ debellando cepi. ⁊ nisi his supioribꝰ annis bella q̄dam int̄ me ⁊ aliq̄s ꝑncipes xp̄ianos finitimos meos orta fuissent. maiora ꝑfecto ꝯ infideles gessissem. Sed ipn̄tiaꝝ qm̄ mandato dn̄i vicz ludouici nr̄i patriarche pacē feci cū omnibꝰ xp̄ianis finitimis meis. oīno decreui oēm meam facultatē ⁊ vires oēs adhibere ꝯ thurcos ⁊ queādmodū ꝓmisi dn̄o patriache nr̄o. ego ꝑsonalit̄ cū.xx.milibꝰ eq̄tum ad hoc bellum ꝯ infideles aggrediar qđ vt faciliꝰ fieri possit. nō solum pacē s; fedus ⁊ ligam feci cum oībus ꝑncipibꝰ xp̄ianis q̄ in istis sunt regionibꝰ. vt cōibꝰ copijs thurcū q̄ tenet ꝯstantinopolim inuadamꝰ. Confederati em̄ sumus ego ⁊ georgiꝰ rex ꝑsaꝝ Dauid impator trappessunde. bendian rex mirigrelie. Rabia dux anocasie: Hedebeth dn̄s armenie minoris. ⁊ alij dn̄i orīetales. habemꝰ etiaz nobiscum in nr̄a ꝯfederatiōe. iij. potentes ꝑncipes infideles q̄ thurci ꝯstantinopolitani sunt inimici. caramanū. s. ⁊ ismailberch filium q̄ndam dispendiarij. ⁊ assembech filium q̄ndaz carailuci. q̄ assembech cū ꝯfinia hēat ex ista nr̄a p̄te cum thurco ꝯstantinopolis ꝓmisit nobis dare aditum ad inuadēdum nataliam. ⁊ nobiscū ꝑsonalit̄ venire cū omni sua potētia. ⁊ in p̄mis cape ciuitatē bursie. ⁊ illam possideat ꝓ se ⁊ potiat̄ oēs nos capitulis ⁊ pactōibꝰ ꝯclusimꝰ cū hac. s. ꝯditione. vt ipse sit sp̄ amicissimꝰ xp̄ianoꝝ. Et si vos latini ꝑncipes ⁊ ipsi venetis ad recupandam domum sanctaz ihr̄lm. ipse debeat p̄stare vobis omne quod

potuerit auxilium ⁊ fauorem. Nobrez nos hec omnia pacem a ligam ex parte
nr̄a fecimꝰ que a q̄ngentis annis citra in his nr̄is regionibꝰ nō sunt audita. idq̄z
fecimus ꝑsuasi. tum autoritate dn̄i patriarche nr̄i. tum lr̄is dn̄i pape quibus ad
nos scripsit se. ⁊ omnes principes latinos in ciuitate mātue debere ꝯuenire. ⁊ ibi
ꝯgregato ꝯsilio in exercitum preparare ꝯ͠ infideles. Nos vo q̄ꝛ id vehementer cu-
pimꝰ. vt possimꝰ vos vna nobiscum vnire ad hanc rem ꝑficiēdam mittimꝰ nr̄os
oratores cum dn̄o patriarcha nr̄o. ad vos om̄es principes latinos. ⁊ p̄sertim ad
te q̄m̄ accepimꝰ te ⁊ omnes de domo tua diu multūq̄z desiderasse terram sanctaz
recuꝑare. ⁊ vt possitis ex ipsis nr̄is oratoribꝰ intelligere quem animū habeamꝰ
omnes ad hoc negocium fidei. ⁊ q̄d ꝑ nos actum sit hoc tp̄e. Cupimꝰ etiam ⁊ ro
gamus vt nr̄os oratores certiores faciatis vt ipsi postea referre possint an pati
sitis ⁊ ꝓmpti sumere hoc bellum iustissimū vt sciamꝰ q̄ tp̄e ad arma ꝓgredi de-
beamꝰ. Hoc vnum vobis pollicemur in vna estate debellare ⁊ auferre totaz na-
taliam ⁊ q̄cq̄d dn̄s othomianoꝝ .i. ipse thurcꝰ ꝯstantinopolitanꝰ possidet ex nr̄o
latere. Alteram vo ꝑtem dominiȷ̄ sui q̄ grecia est quam mare euxinū diuidit vob
expugnādam relinq̄mus. qd̄ vobis facile erit. nam ipse thurcꝰ in medio positus
duoꝝ exercituum cū resistere minime poterit cito succumbet. ⁊ nomen suū e ter
ra delebimꝰ. Quas ob res te ante omnes alios p̄ncipes latinos oro. vt suꝑ hoc
velis cogitatōz ⁊ curam suscipe. ⁊ non sinas hanc ꝯmoditatem quaz vobis offe-
rimꝰ p̄terire. nec dedigneris nos imitari q̄ omnibꝰ rebꝰ postpositis fidei vtilitati in-
tendimꝰ ⁊ vacamꝰ. Quod si hanc rem (qd̄ absit) neglexeris. nihil a nobis actum
ee͂t. nam hac ꝯditōe nos obligati sumus ad hoc bellum si vos dn̄i latini vna no-
biscum eritis. Alioq̄n soluti sumꝰ ab ista liga ⁊ ꝯfederatōe. Omnia em̄ nr̄a ꝯsilia
⁊ rōnes dependent a lr̄is dn̄i pape. ꝑ dn̄m patriarcham ad nos allatis. q̄s veras
eē p̄supposuimꝰ. Et finalr̄ hoc vno ꝯsiderato q̄ꝛ si hoc tp̄e cum a nobis sitis. iuua
ti ⁊ adiuti nihil facietis. hic iniq̄ssimus thurcus interim tantas vires ⁊ animos su
met. vt q̄n ipsi resistere volueritis. nullo mō poteritis. ⁊ om̄es nr̄i conatus si vos
non rn̄deatis inanes forent. eritq̄z fere impossibile iteꝝ nos in istis regionibꝰ tam
ꝓnis voluntatibꝰ vniri sicut nūc sumus. Multa eēnt dicenda q̄ ꝑ meum orato
rem poteris agnoscere, cui fidem indubitatam p̄stare poteris. habeasq̄z eum oro
ꝯmendatum. Uale in xp̄o. Data in carcethe anno. M.cccclix. nouēbris.

Epistola. cccxciij.

Assertio p̄dictoꝝ.

Illustrissime dux burgandie. Ego georgiꝰ rex ꝑsaꝝ te plurimum saluto. ⁊
vt intelligas q̄ res geste sunt impn̄tiaꝝ ꝑ nos in oriēte istas lr̄as ad te scri
bo. Scias igit̄ me ⁊ omnes principes xp̄ianos q̄ moramur in istis regio-
nibus fecisse int̄ nos pacem ⁊ fedus ac ligam. ⁊ ꝯiurasse inuadere cum omni nr̄o
conatu ⁊ potentia thurcos. & p̄sertim illos q̄ sunt in ꝯstantinopoli. q̄m̄ sunt xp̄ia
noꝝ inimicissimi. In q̄ q̄dē liga nos singuli apparatum ⁊ copias nr̄as obtulimꝰ
Ego ꝓmisi ꝑsonalit̄ exire cum. xl. milibus hoim. Dauid imꝑator trapesundaꝝ
